





VIII
SCOTI
DE
HOMINIS
PHYSIONO
82
INCUNABULI
L
7
19
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
S. L.
1477














Signa



Nunc

De den

Expliciunt Rubricæ omnium Capitulorum contentoꝝ in hoc præſenti uolumine.

INCIPIT Liber Phisionomiæ: qué compilauit magister Michael Scotus ad preces. D. Federici romanorum imperatoris. Sciētia cuius est multū tenēda in secreto: eo quod est magnæ efficaciæ: Continēs secreta artis naturæ: quæ sufficiūt omni astrologo. Et cum hæc pars libri phisionomiæ constet ex tribus partibus: hoc est procemium.

IMperator inter cætera qbus te oportet esse sollicitū est scientia boni & mali: & eam modis omnibus inuestigare per temetipsū in libris auctorum & omnibus sciētiis: & principaliter earum scientiarum quæ dicuntur artes. Et hæc facies penitus: quando anima tua fuerit ī quiete: & corpus tuum habuerit spacium: prætermissis negociis gentiū aliqd a maiestate tua petētiū: & eis respōdentiū. Debes enim scire quod duo sunt tēpora homini uiuēti. s. tempus pacis & tempus guerræ: & ita duo sunt cibi: Corporalis & Spiritualis: Corporalis partiū ad nutrimentū corporis. Spiritualis uero ad nutrimentum animæ.





Sciendo q̄ sicut cibus corporalis conseruat corpus in bono statu: si sit factus ratione: & assūptus per mēsurā ab aīali: cui conuenit: & in tēpore cōgruo: eo q̄ non in om̄i tēpore omnia conueniunt: Ita cibus spiritualis retinet aīam bono statu: si sit factus ratione: & assūptus per debitā mēsurā in tp̄e congruo utriusq; ætatis uirtutis in hoīne. Scriptū est enim q̄ sicut frigida calidis & calida frigidis tēperantur: Ita contraria contrariis curātur: & medelā recipiūt ordinate. Similiter ē utile īquirere diuersos auctores & magr̄os ꝓpter diuersas sentētias: eo q̄ diuersi diuersa sentiunt: & monent scientia uel ingenio gratioso naturæ: qđ diffundit᷑ desuper ꝑficiēs multū postea: & est origo scientiæ. Vnde ex meo consilio: doctores magistros & hoīes īgeniosos naturaliter: curialiter apud te inuenies: & sæpe cū multis sermonē facies: coram eis sapienter ac domestice uerba pronuncians. Putabis in diuersis propter diuersa: & facies eis quæstiones quando tecum erūt: & dicta eoꝝ ī corde seruabis: ut īposterum & tibi &

cæteris

cæteris prodesse possint. Nescis terra inculta & arida: quæ cũ sit sterilis ab hõibus reprobatur. Manutene studiũ sciẽtiaꝝ ĩ tuo regno & fac fieri disputationes ante cõspectũ tuũ: & tuus aĩus in his glorietur: ut tuũ ingeniũ in melius reformetur. Tuũ studiũ scit uelle regnare diu. Et hoc erit: si te dederis uirtutibus: uitia uitãdo. Et de tali mortalitate aliqd dicemus: si deus uoluerit. Sed hic dicimus: ꝙ des cor tuũ cognitioni boni intellectus secundũ discretionis mensurã. Sis amicus dei fide: spe: & opere. Nec obmittas ãplecti illã scientiã: quæ a philosophis phisionomia naturaliter noĩatur. Et hæc sciẽtia est illa inter cæteras: qua caute multi hoĩes quondam usi sũt gloriari & exaltari apud magnates. s. ĩperatores qui trãsierũt. Similiter apud multos reges & baronos. Et non quia adeo præcedãt reliquos hoĩes: Sed ꝓpter hanc scientiam & ꝓpter huiusmodi plurimas alias: quas secreto nouerũt. Vnde dictũ est: honora hoĩem ꝓpter scientiã: Require notũ amicũ propter necessitatẽ. Apud enim quosdam melius est

philoſophari q̄ ditari: & apud quoſdā meli/
us ditari q̄ philoſophari: & apud quoſdam
utrūq; nocet: & apud quoſdā neutrū debet
requiri. ſ. a faciētibus uerā penitentiā in hac
uita. Huius. n. ſciētiæ inqſitio eſt pulcher/
rima in natura: cuius pfectio attribuitur phi
ſionomoni: de numero antiquoꝝ phiſione:
ſūmo doctori in ſcientia naturali. Vnde qdē
hæc ſciētia nomen traxit ab eo: ſtudiū cuius
grande fuit diu: & diu eā inueſtigare ac etiā
irreprehenſibiliter congregare. Collecta eſt
. n. hæc ſciētia ex compoſitione hōis utriuſq;
ſexus cū q̄litate poſſibili modi ſtatus pſonæ
uiuētis. Et ex hac ſcientia naturæ ingenio/
ſæ quæ cognoui: tibi domine imperator ſub
lucida breuitate ī hoc libello penitus enarra/
bo. Dicit. n. qdā ſapiēs: Phiſionomia eſt ſciē
tia naturæ: īſinuatione cuius pitus ī ea ſuffi
cienter agnoſcit differētias animaliū pſonaꝝ
in oīni gradu ſui. Et quia omnis ſciētia eſt
a phiſionomia: idcirco eā in hoc loco diffinia
mus: Phiſionomia ē doctrina ſalutis: electio
boni: & uitatio mali: cōprehenſio uirtutis &
præter/

prætermiſſio uitiorum. hoc autem īducit uerus amor dei: timor diaboli: fides meritoria: ſpes præmii īperdibilis æternæ uitæ: & iudicium mortis: qua uidetur penitus: quod hic omnia re linquantur cæteris: quia tenētur. Et non ulli ualet ſcientia: nec potentia: nec congregatio perſonarum: nec gratia pulchritudinis: nec uolū tas: & omne bonū. Vnde dixit quidā: Omīa trāſibunt: nos ibimus: ibitis: ibūt: Cari: non cari conditione pari. Et alibi dictū eſt: Omīa tranſibunt præter amare deum. Conſtituo ergo o Federice Imperator tibi ex hac ſciētia phiſionomiæ regulas & cōſtitutiones abbre uiatas: quas tibi pono ſatis ſufficienter. iugo quarum ſi te bene adieceris: dabit tibi magnū pretiū laudis ex multa ſapientia & uirtute: creſcet tibi etiā magnū & grande ingenium ſapiētiæ ad nobilitatē tuæ naturæ. quā ſapi entiā ſi in mente habueris memorē: melius intelliges dicta loquentiū tibi: cautius agno ſces tuos ſapiētes & alios uiſu & auditu: nec non & alios hoīes indifferēter: qui tecū habe būt gratiā eloquēdi: uel ante te aliqd faciēdi

quod non est parum. Et ex industria huius scientiæ in te secreto hẽbis grandẽ partẽ consilioꝝ consulẽtiũ tibi: & exultationẽ uirtutũ & uitioꝝ quasi ut sẽper secũ habitauisses in factis ubiq;. Sed ante q̃ hoc tibi recitẽ ordinate ꝑ singula capitula: uolo tibi enucleare historiã prioris substantiæ: quasi incipiens a fundamento primæ materiæ: qđ potest esse tibi multũ eaꝝ multiplici ratiõe: eo ꝙ pauci hoc sunt scientes in ueritate.

Prima pars libri huius Cap. i.

n Obilis Imperator uir gratiose quasi omnium gratiaꝝ & donoꝝ ex grãdi amore tibi notifico sacratissimã scientiã naturæ: quæ potest appellari consolatio: & quæ non multũ dicitur gẽtibus idiotis: nec etiam est dicenda: Sciendo ꝙ qui eã bene nouerit: & memorẽ in mente habuerit: quotienscũq; casus incurret: ipsãq; exercitando si incipiat loqui de ipsa cũ altero: & ille hãc scientiam ignorauerit: uidebitur illi ꝙ ipẽ sit propheta uel san

uel sanctus. & hic postea reemendabit eum ubiq; dans ei studiose pretiũ magnæ laudis. Amabitur a gẽtibus notis & ignotis: quæ audierĩt loqui de illo: & honorabitur inter eos: Et hoc non est parũ uidelicet ĩter uniuersas gentes famã sapientiæ & scientiæ celebrẽ obtinere. Scias igitur ꝙ & motu superiori fit & motu inferiori .s. partim in genere & partim in specie. & motus primus conceptionis ex utroq; sexu est amor naturalis uiri in mulierem & mulieris in uirũ in caloris uniti genitalibus. Sciẽdo ꝙ uir est agens: mulier xo patiens. unde ambo habent uim relatiui: cũ in coitu sit mutua relatio. Eoq; semen unius refertur alteri: & utrũq; est antecedẽs alterius. Luxuria uiri primã radicem habet in lũbis: & libido mulieris in umbilico. Vnde Iob Virtus eius in lũbis eius: & fortitudo eius in umbilico uentris eius: Iuxta illud dominus in euangelio: Sint lumbi uestri præcincti: & lucernæ ardẽtes in manibus uestris. Tempus enim congruũ in uiro est ĩ hieme & in uere ad coeũdũ: mulieris ĩ æstate & autũno.

Istud autem est ꝓpter contrariã cõplexionẽ tẽpoꝝ & ꝑsonæ. Cõplexio quoꝝ nihil aliud est q̃ caliditas cũ frigiditate & humiditas cũ siccitate. Item dicimus ꝙ neuter non posset agere cũ delectu: nisi haberent instrumenta ad hoc deputata tã intus q̃ extra. Vnde uir habet suos testes extra uentrẽ in pelle. Muli er uero intus uidelicet extra prĩcipiũ uuluæ. Tamen non su[illegible] oñi similes testiculis uiri Vnde mulier habet suũ semen ex testibꝫ ue lut uir: & hoc mouetur ad coitum ardenter. Semen uero testiculoꝝ dicitur ꝓprie ſꝑma: qđ descendit ex omni humore corporis diui so & partito in oñibus mẽbris essentiue: cu ius est nobilior pars oĩum humoꝝ & subtili or. Et hoc semen in se continet omnẽ naturã & cõplexionem quarũlibet partiũ totius cor poris: a qua descẽdit. Sciendũ est ꝙ ſꝑma uiri est calidius & fortius illo mulieris. In e/ missione uero ſꝑmatis utriusq; a natura su/ periori tribuitur oñis uirtutis effectus & uir tutis angmẽtabilis pro tẽpore decurrente. Et secundũ cursũ corpoꝝ superioꝝ sicut dispo/ sitionem

ſitionem corpoꝝ concipientiū fœtus recipit ſimul & ſemel omnia & ſingula quæ poſtea diſſernūtur ordine tēpoꝝ & naturæ. Quāti/tas aūt embrionis fit ſecūdum quantitatem ſeminis uirtuoſi & matricis: quæ matrix ſi fuerit bonæ complexionis embrio uadit ad perfectum: & econtario. Vnde ſi ſemen diſ/currat per matricē ī longū fœtus erit longus & gracilis: & ſi in latū uel quaſi rotundum erit curtus & groſſus. Quid autem ſit ſpma ſic diffinitur. Sperma eſt prima materia em brionis creandi: uel ſperma eſt artifex crean doꝝ infantium: uel ſperma eſt ſemen aīalis ſine ſpiritu & nobilioris ſanguinis & purio/ris ad īſtar uini rubei: quod exagitatione cō/uertitur in ſperma candidum. Et cū illa ſub ſtantia ſit nobilior parte remanēte ac leuior & uirtuoſior: ideo ſuperaſcendit. Et eſt ſciē/dū ꝙ ſi de ſemine uiri plus fuerit q̄ feminæ fœtus erit illi ſimilis in pelle & forte in ſexu. Vbi gratia: mulier quædā erat alba: & cū coi ret cū æthyope peperit filiā albā. Alia mulier nigra coiuit cum uiro albo: et peperit filium

nigrum: ut patet hoc toto tempore. uerũ eſt ꝙ ſi mulier ſit iuuenis: cũ ĩ coitu fit memor ſui uel uiri uel alterius: & ꝓprie cum ſemen diffundit generatiuũ genitũ erit omnino ſimilis. & iam probatũ eſt milies & in aĩalibꝫ.

Cũ uero ſperma exit coitu eſt maxima delectatio in naturali corporali & ſpirituali ſecundũ quãtitatem illius & teſticuli de quo exit. Sciendũ eſt ꝙ ex dextro maior ẽ dulcedo q̃ ex ſiniſtro: & ex multo ſemine q̃ ex pauco: qa ſperma diffunditur completa ætate per cauſam: ut unuſquiſqꝫ manuteneat ſibi uitã productius. Dicimus ꝙ cibi ſunt qbꝫ ſemen augmẽtatur in uaſis: ut rapæ: cicera: carnes recẽtes: gallinæ: caſtrati: porci non ſaliti: oua ſorbilia: fabũ fractũ: cibus de paſta: panis recens non calidus & cæťa. Sũt ẽt qbꝫ cibi ſemen deficit abſqꝫ emiſſione: ut carnes ſalitæ: cibi acri & acerbi: panis ſiccus ut. xv. dierũ & biſcoctus & cætera. Itẽ ciboꝝ quidã inducunt luxuriã: ut ſcinchus: oua ſorbilia: caſeus dulcis: eruca ſicca: uinũ purũ: oſtraca ſaturitas cõueniẽs ciboꝝ: & q̃dã electuaria.

Mouent

Mouēt aūt luxuriā ſpecies decoris alterius corporis ad corpus ſibi amore cōueniēs uiſu & tactu. Vbi gratia Si uir bene uideat muli/erem iuuenem & pulchrā & econtra. Et per ueriſimilē: ut ſi adoleſcens adornet ad iſtar puellæ uel habeat faciem inclytā ut femella qua contir git fortis motus: ut patet in ſodo mitis. Sūt etiā quidā cibi quoꝝ comeſtiōe caſtitas conſeruatur: ut portulaca: lactuca: eruca uiridis: acetum compoſitū: cucurbita: cucumer: ieiuniū: paucus cibus: portatio ia/ſpidis & thopation: abſentia corporis deco/rati ætate & adornatione. Vir habet Vtutē calamitæ ad mulierē: & mulier ad uirū: quæ uiſu ꝓpinquo tactu ad inuicē coniungūtur. & ſicut de chalybe & ſilice exit quandoque ſcītilla: Ita de ſpmate exit quādoq; cōceptio. & matrix eſt embrio: ſicut olla ad coquēdū epulū: & lar ad frigatiam de paſta. Et ſciēdū eſt ꝙ raro accidit: ꝙ exeat ſpma ex utroque teſticulo uno coitu. ſ. utriuſq; agentis & pa/tientis. & ob hoc una tantū fit conceptio uel creatio: quādo conceditur deſup dono grāe:

nec aliter. Sed si ex duobus testiculis utri/
usque coitum facientis sperma exierit: & in
duas partes matricis diffundatur: duæ fiunt
creaturæ uel amplius secundũ diffusionem
per loca matricis. Vnde cum matrix constet
ex septem cellulis siue crispaturis: ut patet ĩ
uentriculis ouium & porcarum & cetã: mu/
lier potest septem filios cõcipere & portare:
Volens autẽ domine imperator ꝙ omnia &
singula cognoscas per te metipsum: quomõ
embrio cõcipitur siue generetur ex utrisque
coeuntibus in congruo tẽpore & coitu facto
conuenienter: inquirentibus nobis aperte di/
cemus secũdũ ꝙ nobis per seriem uidebitur
enarrare.

De tẽpore coitus masculi & feminæ & de
defectu ipsius Cap. ii.

PRincipiũ tẽporis coitus scilicet in quo
spma dulciter exit uel amare ĩ mascu/
lo est post complemẽtũ annoꝝ. xiiii. & dein
ceps usq; ad annũ. lxxvii. ad plus. in femina
uero post cõplementũ. xii. annoꝝ & deĩceps
usq; ad. xl. annos uel. l. ad plus: & cum hoc

spmatis

ſpmatis exitu incipiũt pili paulatim oriri in pectie. unitas quoꝝ dicitur femur. Similiter naſcũtur in naribꝫ naſi: in maxillis maſculis: ſub aſſelliis: & circa ſexũ deorſũ: ſup brachia: manus. & crura: Sicut incipiũt oriri ĩ tpẽ ueris frondes in arboribꝫ: & in herbis flores: & rami. unde porri corporis apiũtur & ꝓducũt aliqd ſui generis extra ſolitũ. Itẽ ſibi uox mutatur: Caput uirgæ maſculi decoopitur: mãmæ feminæ incipiũt tumeſcere: uterque naturaliter ſe mouet ad coitũ: ex magno delectu pariter ĩ naturalibꝫ mẽbris: niſi libido ſæpe refrenetur p accidens: ut p ieiuniũ & p aſperam uitã cyboꝝ. Poſt aũt ſpmatis emiſſionẽ utriqꝫ mutãt figurã prĩcipaliter ĩ facie: & uirtutẽ in carne: & conſuetudinẽ ĩ moribꝫ: ĩ cogitationibꝫ: & ĩgenio. De coitu dicimus ꝙ ſiquis ipſum nimis frequentet: & etiã in diebus contrarii temporis ei multa contingunt in contrarium: quæ quidem faciunt corpori iſta quæ dicemus nunc. Nam coitus continue factus totum corpus infrigidat & deſiccat ab humoribus: & talem actum ſentit

incoueniēter cerebrū capitis & oculi: quia cū cerebrū plenius liqdetur ut glacies i sequēti die & ꝓprie in mane oculi lachrymant: contingit dolor capitis qui dicitur soda siue emigranea: & ꝓprie circa horā nonæ & deinceps.

Dīminuit etiā coitus inconueniēter factus uices omnium mēbroꝝ: cū sit spma colamētū ipsoꝝ. Macro corpore figura fit turpior i aspectu: uisus oculoꝝ abbreuiatur: uita ānihilatur: debilitatur spiritus: appetitus cibi ꝑditur. Homo fit obliuiosus faciendoꝝ: & piger: in eūdo grauis: in moribꝫ solitis sīplicior in īgenio grossus: in laborādo uanus: i credēdo alteri uelox. Capilli sibi facile cadunt: & citius canescunt: & fit caluus in fronte & in sūmitate capitis: facile īfirmatur ab aere corrupto: Qui cū patitur non bene memoratur tp̄is in quo coiuit nimis: uel cōtra documētū consilioꝝ coiuit naturæ. Et de istis oībus satis patet ꝑ contrariū ut in pueris uel puellis nondū corruptis: qm̄ ad talia non īcurrūt: qa non canescūt neq; caluescunt: īmo capilli sibi crescunt: ut herbæ in horto. Et hoc patet

in triciis

triciis puellaꝝ uirginum ante q̄ coeant: quæ post multū coitū perdūt capillos & colorem Et tunc per capillos & coloré ualde mirātur causā ꝓpriā ignorantes. Idé est de uiris: qm̄ bene ꝑpendūt de casu capilloꝝ: & de dolore capitis: qué emigraneā appellāt: sed non co/gnoscunt ꝙ frequés coitus non é in congruo tp̄e factus. Vnde sup hoc quidā dixit & bene: & memoriæ firmiter tenendū é: Vere coi re iuuat: hiemis quoqꝫ tépote confert: Sanus in autumno si uis tu fore coito. Vnde qui a contrario tempore sibi nō custodierit nimio coitu & fleubothomia & cibis contrariis com plexioni suæ secure aspectet infirmitaté periculosā in breui tp̄e: nisi forte se adiuuet maxime medicinaꝝ iuuamento. Tamen diciūs ꝙ q nimis penetrauerit mulierem: lauet sibi nares & pulsus brachioꝝ & pedū bono uino & comedat bonos cibos: ut restauretur qđ deperditū est de semine & de sanguine. Sūt aūt multi q sanitaté ꝑcipiūt ex usu ueneris: & qdam facile infirmātur. ualet. n. sanguini/cis: nocet uero flegmaticis: colericis: & melā/

b

colicis. Et ꝓdest secundũ causã interueniẽtẽ & statum. Qui. n. multũ mĩgit sæpe recipit nocumentũ per coitũ eo ꝙ supefluitates cor poris sufficienter nudantur ꝑ urinã: q si uta tur coitu facile infirmatur: & cito moritur. ꝰum est ꝙ quædã faciunt satis urinare: ut caro uolatiliũ: & oĩe diuretitiũ: ut petrosili um: crocus: cicera: rapæ: faseola: nuclei cera sorũ &c. Sed si pinguis sãguinitate nõ uta tur coitu & supfluitate semis: ꝙ nimis ĩplet uasa: solet infirmari: ut patet in damicellis: quæ nimis cõseruãtur ĩ uirginitate: ĩ uiduis: & religiosis mulieribus: & masculis.

¶ De occasionibus generãdi & nõ generãdi & de menstruo mulierum Cap. iii.

d Icit Aristoteles cessãte cã cessat effcũs. unde multæ sũt causæ generãdi & nõ generãdi. Causa. n. generãdi est primo uolũ tas dei. Secũda causa ẽ si status ꝑsonaꝝ fue rit bonus in sanitate: & congruus in usu regi minis ciboꝝ & potuũ: & ecõtrario. Vt uero mulier generet ista sunt principaliter præsci enda. s. ut matrix sit sana & ĩ suo loco & nõ suffocata: & bonæ cõplexiõis ĩ caliditate. Sp

ma utriusq; sit diu reseruatũ: & præcipue ui ri ad hoc ut sit bene uiscosũ & coctũ sua di/ gestiõe: Ambo coeũtes mittãt sem̃: ut cõmi sceãtur: Virga sit lõga: mulier iuuenis uel q̃ non deficiat a mẽstruo: Matrix contineat sp ma receptũ ad minus p mediã diẽ: uitet mu lier coitũ hĩc ad tres dies: ne addat aliud se/ men: uel ne apiatur orificiũ: nec mulier edat tũc cibũ frigidæ naturæ: nec fleubothomet: nec recipiat frigus. & sic põt ualere coitus. fa cit. n. ad cõcipiẽdũ unus coitus tm̃. Quando mulier coit uolẽs grauidari debet star̃ coopta cũ uiro stricta: & tenere anũ eleuatũ: ut sem̃ melius ĩtret: & plicata ĩ uno latere secũdũ q grauidari desiderat: facta grauidatõe se diu custodiat: & sedeat ĩ loco cũ ano pedib; & re nib;. De mẽstruo diciũs q si a cãe cõedatur purũ fit rabidus: & si aspgatur herba uirens siccatur. ĩfatuat hoĩem certa datõe: & reddit leprosũ. Mẽstruũ ẽ supfluitas ciboꝝ q̃ nõ be ne digeritur defectu caloris naturalis: ũde ẽ spma ĩpscm̃: & ẽ ad cõcipiẽdũ utile & neces/ sariũ: ut erat alum̃ ĩ cõfectõe tĩcturæ: & si de ipõ ĩ cellula qcq̃ nõ fuerit generatio nõ ualet

Sed si de ipso nimis fuerit i loco cōpositiois: conceptus erit signatus in malū. Et si fiat generatio tpris sui decursus creatura erit male signata: ut gibbo & cætera: aut efficiet lepro sa & cætera. Et si mulier sit memor alicuius cū semen diffundit cū uiro creatura assimilabit illi in parte. Et ut eius memoria sit utilis: debet doceri a uiro: ꝙ non recordetur tūc de tali uel de tali. Crescit menstruū & decrescit secundū lunā & mare in simili: & ita sperma utriqꝫ sexui: unde potest eius augere: reqrit exitū. Sciendū ꝙ mulier multo abundans menstruo pauco abūdat spmate: & ideo nō curat de coitu: & econtrario.

Signa mulieris calidæ naturæ & quæ coit libenter. Capitulū. iiii.

SIgna aūt calidæ mulieris & que libenter coit sūt ista: Iuuētus: cōpletis ānis duodecim: sit ad minus semel corrupta: māmas habēs paruas: & illas cōueniēter plenas & duras: barbuta in locis consuetis & pilosa: ut in crurib⁹ & pectine & assellis. Cuius pili sūt grossi & aspi: capilli crispi & curti: audax

in lingua

in lingua: in loquendo uox subtilis & alta: in aīo supba: alteri crudelis & nō bene pia: ualde curialis receptu & factione seruitii oībus psonis: & præcipue notis & amicis: boni coloris ī facie: recta in hasta: macra ī carne plus q̄ crassa: ebriosa Talis. n. mulier sēper reqrit coitū: & cōplet in actu suū desideriū: pauco abūdat mēstruo: & quandoq; non est exitus eius oīni mēse ut cæteris: īmo trāsit unus mēsis & plus: ut duo uel tres: sed casu īgrauidatur: paucū hēt hæc mulier lac: & ē fortis grauida & non grauida: Caro eius non sic fetet ī sudādo ut cōtrariæ mulieres: cātat libenter: circuit loca: & delectatur solatiis & ornatib; suis: si ea potest habere.

Signa mulieris frigidæ naturæ: & quæ nō libenter coit. Cap. v.

SIgna uero frigidæ mulieris & quæ nō libēter coit sunt ista: nimia pueritia: māmæ grādes & ꝓprie molles: nuditas pilorū in locis quæ solent eis abūdare: capilli lōgi multi & extēsi cito crescētes: de facili pauida: ī loq̄ndo cōtra alterū non ē audax: facile

credit oīa q̄ audit. & ideo cōuertit cito ad bo
nū & ad malū. ē cōdolēs alterius miseriæ ac
pia. futuens raro desideriū cōplet. carnes hēt
undiq; molles: in flatu loquendo ē debilis &
oīni mēbro psonæ: multo abūdat mēstruo:
& ei discurrit oīni m̄se ad istar maris p lunā:
plus tēdit ad pinguedinē q̄ ad macredinē: in
facie est pallida uel sine colore: cito īgrauida
tur: & grauē hēt portatū plus & minus scdm
uirtutē ēbrionis: post partū multo lacte abū
dat. Signa aūt grauidatōis in muliere sunt
ista & multa: ut ē trāsmutatio stomaci: cessa
tio mēstrui &c. Ideo debilitatur & trāsmuta
tur in aliquo a statu priore: p eo q meatus
purgatōis sunt īpediti: & menstrua in uētre
multiplicantur. Ad īpregnandū ualet ante
coniūctionē fleubothomia pedū: mundicies
matricis: & similiter si se excuset de coitu lo
quela, & hoc facit sæpe īgeniose: ne uideatur
esse īpia: etiā pper uerecundiā citius īpregna
tur puella q̄ femina matura pper teneritatē
suorum humorum: qa facilius cōmiscētur: & con
uertūtur in corruptiōem: cuius exēplū est in
plantis

plãtis nouellis arborꝝ: & mulier pua cũ maio ri parit dolore q̃ magna: & debilis q̃ fortis: & frigida q̃ calida: & piguis q̃ macra. Forma aũt pedũ significat conditioné uuluæ latæ & strictæ: ex qua fit partus.

Diuisio capituli. Cap. vi.

QVoniã mulieres nõ hẽnt ĩ se tantũ ca/ loré ĩnatũ: quo malos humores in eis abũdãtes ualeãt desiccare: neq; possunt pati tãtũ laboré neq; tã fortiter ut faciũt uiri: ideo sũt eis debiliores in om̃i ꝟtute & ope: & ma xĩe cũ cõplent suũ coitũ. Sciendũ ꝙ natura ob hoc sibi tribuit qđdã purgamẽtũ: qđ flos noĩatur ĩ uulgari: & m̃struũ ĩ scriptura. hũc ãt humoré uirtus naturæ eiecit ab eis oĩ m̃se a. xii. ãno inantea usq; ad annos. xl. uel. l. ad plus: nisi sit grauidæ uel lactãtes: aut eis cã ĩteruenĩat q̃ strĩgatur: uel nisi naturaliter sit q̃si hermaphrodita: uel minus calidæ naturæ ũde mulieres poſtq̃ sũt cõpletæ ætatis mũdã tur p m̃struũ uel coitũ uel p sudoré ut rusti/ canæ. Vnde si quæ uiri sæpe uirga coeãt uel uirga sirici: ut quædam uiduæ & moniales & cætera fiunt macræ & in facie liuidæ.

Sciẽdũ q̄ plus nocet eis una expeditio coi/
tus q̃ septẽ uiro. sed si raro coeant uel non:
& bene fluxũ purgẽtur: cito ĩcrassãtur: nisi se
nimis faciãt laborare: uel ieiuniis: & ideo ali
quãtulũ concupiscũt coitũ causa caloris na/
turalis multiplicando semen. sed si bene ui/
uãt cibis & potib9: & non grauiter fatigẽtur
ĩdigentes coitu: ut uiduæ morbidæ & quædã
monacæ & reclusæ: facile ĩfirmãtur: & effici/
ũtur liuidæ & reumaticæ: & misere uiuũt in
statu sui corporis hoc ignorantes: & de hoc
medici nõ sẽp bene ppendũt: & est magnus
defectus in eis solo errore. Sed cũ non sit si
bi iustũ talia explorare cõsulere debẽt iuxta
honestatẽ in comedẽdo uel abstinendo: & q̄
parũ comedãt: uinũ tẽperent: se multũ fati/
gent: & non stẽt ociosæ: aut in orõne nimia:
& eãt p loca hinc illuc: unde p hãc uiã cessãt
tẽtationes carnis & humoris supflui. Si uero
mulier fluxũ patiatur: & uir eam cognoscat:
facile sibi uirga uiciatur: ut patet in adolescẽ
tulis q hoc ignorãtes uiciãtur quãdoq; uirga
quãdoq; lepra: Et si mulier tũc concipiat cõ/
ceptus

ceptus efficietur uiciosus defectu mẽbri ut digiti uel ꝟtute uisus &c. De flore mulieris ẽ ut arboris: qm̃ fructũ nõ portat nisi prius florescat. Motus ꝟo menstrui est scd̃m lunã: Spmatis ꝟo scd̃m solẽ: & donec mulier abũdet flore sic põt concipe sicut uir q se mĩe uirgã erectat: & sicut multis causis contĩgit fluxus fructus ab arbore: ita põt constrictura. Vnde ꝑ utraq; causa solet mulier grauiter ĩfirmari. & ideo ualet exitus sanguĩs de naso & de uulua &c. Dicit. n. Hipocras ꝙ mulier non põt concipe ꝓpter nimiã gracilitatẽ & macredinẽ & ꝓpter nimiã pĩguedinẽ Cã ẽ qa ex utroq; casu os mr̃icis ẽ strictũ: strictura cuius sem̃ non ĩtrat repẽte. Constãtinus uult ꝙ mulier habens uuluã nimis ꝑuã quæ cognoscitur forma pedũ non coeat: ne partu pereat ĩpregnata. Sed qa sũt quædam mulieres sanitatẽ ꝑcipiẽtes frequẽti coitu: ut qdã uiri dicimus ꝙ oĩo coeant licite: aut portẽt secũ iaspidẽ uel thopation &c. uel uitam faciãt regularem. De embrione dicimus ꝙ est similis fructu qui adhuc pendet ĩ arbore:

qm̃ dũ est tener in ramo cadit leui occasione & pditur: sed quãdo plus crescit firmior effi citur obstans uiciis: qbus cadat. cum aũt est maturatus ut pirũ & ficus cadit. & ita est de embrione creato: qa donec non est bene liga tus in loco suæ sedis facile cadit siue p saltũ siue per ballum & cætera. Vnde circa prin/cipium sui ortus & circa finem suæ natiuita tis facile cadit: ĩ medio xᵒo hoꝝ duoꝝ tẽpoꝝ non ita leuiter cadit. Tẽpus xᵒo piculi ẽ pri mus mẽsis sc̃dus septĩus octauus nonus. de primo mense dicimus ꝑpter teneritatẽ noui tatis: & de sẽcũdis ꝑpter natiuitatẽ. Hipo/cras dixit ꝙ femina prægnãs ãte m̃sem octa/uũ nec post septimũ fleubothometᷣ: sed m̃se qnto & sexto secure si ei sit necessaria. uerũ est ꝙ cũ timore fiendũ est: & paucus sãguis debet extrahi: & tutius ẽ se abstĩere. Hõ nõ debet dicere studiose corã prægnãte & præci pue puella. xx. ãnoꝝ aliqua q̃ ipsa cupiat ar denter: nec ex eis ualeat hr̃e. Cum iã multæ mulieres pdiderĩt embrionem. Et sciendũ est ꝙ appetitus eius trãsfertur ĩ ombrionem. Et

ideo

ideo ꝓ utroq; tacendũ eſt. Si ꝟo mulier gra
uida oĩo gliſcit comedere cretã uel carbõem
&c. ne ſibi ſit piculũ edat modicũ: ꝓ medici
na utatur ciceribꝫ aſſatis fabis &c. Cum ꝟo
prægnãs appropinquauerit partui: & timeat
cã motus doloꝝ utatur balneis: & ungat ſe o
leo oliuæ: & pedes oleo roſato ſi ĩflauerit eos
uel aceto aqua debilitato. Hæ fatuæ uolun/
tates ut carbonis calcinæ &c. plus cõtĩgunt ĩ
prima grauidatõe & ſcđa q̃ poſtea. Si præ/
gnãs quãdoq; pdat ſãguĩem ore uel naſo uel
deſubtus ſignũ ẽ ꝙ fœtus ẽ nimis debilis &
ĩ piculo cum nõ poſſit recipe ſolitũ nutrimẽtũ
q̃uis humores ſit multiplicati ĩ uentre præ/
gnãtis. Et cum fluxus cõtĩgat ex frigiditate:
ſibi ſubueniendũ eſt cibis calidis & ſiccis na
tura ĩ primo gradu uel ĩ ſcđo: aut cibis cali/
dæ & humidæ naturæ: ut zĩzibere: cumino:
carnibꝫ recẽtibꝫ: ut gallinaꝝ: iute petroſilioꝝ
lacte amigdolaꝝ: ouis ſorbilibꝫ: ciceribꝫ frac/
tis: odoribꝫ muſci & thuris & huiuſmõi. Præ
gnãtiũ q̃dã facile pturiunt: ut bene ſanæ: &
habẽtes os uuluæ latum: matricem magnã:

& quæ sũt plus macræ q̃ crassæ. Grauiter ꝟo parturiunt multũ puellæ: infirmæ: crassæ: & debiles habentes os uuluæ strictum.

¶ Secunda diuisio capituli. Cap. vii.

i Tem dicimus de coitu uirtuoso & de generatione creaturæ ꝙ uir non debet coisse recenter neq; mulier spacio octo dieꝝ. Sciendũ est ꝙ quãto magis spma utriusq; fuerit seruatũ tãto & ꝓductũ. & si idẽ spma ex bonis cibis fuerit gnr̃atũ tanto magis erit digestũ & uiscosũ ac ꝟtute plenũ. In conci piẽdo ꝟo mulier nõ debet esse plena floribꝫ neq; oĩno uacua: sed nouiter mundata: ita ꝙ matrix sit aliquãtulũ mũda. Et qm̃ uir effũ dit sem̃ & ipsa suum: ut ãbo seĩa misceãtur: & cum pueneritad punctũ exitus anũ tene at eleuatum suo posse procedendo studiose uersus illam partem cuius gnr̃ationis gliscit concipere: memorando alicuius formosi: & semen bene discurrat in cellulam matricis per longum: ut Embrio recipiat formam laudabilis longitudinis. Completo menstru o oportet ut mulier confestim iaceat super

illud latus: ĩ quo recepit semen: & multũ re
pauset: nec uuluã abstergat intrinsecus: nec
motũ sui faciat: nec urinã effũdat: nec se ele
uet de lecto ea die figẽs se dolere caput &c.
Vel ad minus ĩ eo latere dormiat tres horis:
& si nõ poterit dormire sic iaceat calida. quã
do ãt de lecto surgere uoluerit: plane se mo/
ueat: & suauiter uadat: & oĩa faciat: a cursu
in ea die se abstineat: a saltu: ab alio coitu: a
quassatiõe: a multo cibo & potu. Cibus eius
sit sanus & bonus & bene coctus. post prãdi
um dormiat aliquatulũ stãs coopta: ut sit ca
lida: nec possit recipere frigus: nec se pmittat
cognoscere a uiro p septẽ dies uel ãplius: ne
cella referetur. In latere dextro dicimus q
masculus concipitur: & ĩ sinistro femina: ut
qdã uolũt. nos ꝟo dicimus q latus non facit
ex toto sed semẽ testiculi. qa de dextro exit
masculus: & de sinistro femina. uerũ est q
cõplexio lateris ꝓficit generationi: & cũ sem̃
exit de testiculo dextro sentitur maior dulce
do q̃ de sinistro: & q prædicta sint uera iam
ꝓbatũ ẽ milies: q habebãt tm̃ unũ testiculũ:

qm̃ illi q habẽt testiculũ dextrũ concipiunt masculos:& hñtes sinistrũ concipiũt feias. Sciendum ꝙ in hora effusionis est totũ iudi ciũ cõstellatõis cõcepti licet sit occultũ astro logo. Vnde mulier debet notare mẽsẽ diem & horã bono arbitrio quãdo coit coitu gnr̃a/ tionis:& tunc eẽt iudiciũ facile. Gnr̃ale ẽ ꝙ cõceptus non cessat ex toto a ꝑle. Vnde dixit Pãphilus Sæpe solet filius similis esse pr̃i.i. ꝓprio semini. Et alius dixit Fructibꝫ ipsa sui quæ sit dignoscitur arbor. Insuꝑ diciũs ꝙ si/ cut ẽ ĩpossibile ꝙ hõ unũ pedẽ teneat ĩ terra & aliũ ĩ cælo:ita ĩpossibile ẽ ꝙ puer natus sit similis suo genitori oĩno figura corporali uel moribꝫ. Siqs xᵒ his duobꝫ careat ens magis uel minus:oĩo non est generatus ab eo q nu trit & tenet ꝓ filio q̃q̃ cognouerit mr̃em. Nã de uno puteo multi possũt aquam haurire. Qui xᵒ posuit semen ĩ conceptu illum plus amat:& ille plus sibi similatur tp̃e discreti/ onis. Et est regula generalis ꝙ filii quodãmõ plus matrizant q̃ patrizant. unde regula ge/ neralis est ꝙ quãto plus uterq; se abstinet a

coitu

coitu tāto citius generat postea coiens: ut pa
tet ī illis q se diu seruauerīt: qa uir ueniēs ad
uxorē cito eā grauidat. Et est notādum ꝙ si
semen sit multū: & ītret ī oēs cellulas matri
cis: & ibi debito conseruetur: septē filii gene
rātur: & septimus ē hermaphrodita. s. q ī me
dio generatur. & plus septē non speret hr̄e ī
uno partu.

Tertia diuisio capituli. Forma mulieris in
matrice. Cap. viii. & . ix.

SCiendum est itē ꝙ ī primis sex diebꝫ
post coitū generatm̄ semie diffuso in
loco ualitudis matricis: cuius hæc est forma
scd̄m dispositionē diuinæ potētiæ fit tāq̄ lac
coagulatū siue butirꝫ: postea ī tribꝫ diebꝫ se/
quētibꝫ remouetur a q̄litate præfati lactis: &
fit tāq̄ sāguis. in sex diebꝫ seq̄ntibꝫ ille sāguis
coagulatur: & durescit multum: & fit paruæ
quātitatis: ut pla rotunda. postea ī. xii. diebꝫ
sequentibꝫ formātur mēbra pricipalia: quæ
sunt q̄ttuor. s. cor cerebrum epar & testiculi
postea in tribus diebꝫ cætera mēbra generan
tur: & gnr̄ata discernūtur ī tota massa. poste
a ī sex diebꝫ seq̄ntibus caput distinguitur a

ſpatulis formans facié ſuper genua: & cor & epar & teſticuli cũ ſuis ꝓpinquitatibus: ſecer nunt poſtea in quattuor diebus ſequẽtibus: quæq; mẽbra totius corporis ſuã habẽt pfe/ ctioné cõiunctim & ſeparatim: ut natura re/ quirit. Et ſic tota creatura in tẽpore diffinito dieꝝ ſuã habet eſſentiã: quã ad perfectioné ſui debet habere: confeſtim uitã perpetuã re cipiés ideſt aĩam uiuenté deo creatori ſimi/ lé. Et hoc totũ patet ex uiro ꝑ hæc tria metra

Tres ĩ lacte dies: tres ſunt in ſanguine trini:
Biſſeni carnem: terſeni mẽbra figurant:
Poſt quadragĩta dies uitã capit hic aĩamq;.

Cum prædictũ germen ſic ſe habeat: eſt par uiſſimũ plus formica & pũcto qđ ẽ ĩ maſſa de qua infinite concreantur: ut oua cãcrulo/ rũ maris. De concreatione feminæ ita dici/ mus: ꝙ ipſa pficitur in. lxx. diebus ad plus: & ĩ. lxv. ad minus: ũde corpore præfato eiuſ dé datur ei aĩa rationalis a deo ſuo creatore: cui eſt tota ſimilis: & quæ non ẽ antiqua ſed noua: ut ꝓbatur ꝑ Auguſtinũ. ũde ſicut cor pus ẽ nouiter creatũ & aĩa ẽ nouiter creata:

& in

& in humano corpore locatur: tamen in alio nũq̃. Dat. n. deus aĩam nouã & liberã corpori nouo tanq̃ pater suo filio tabulã nouã politã & ĩmaculatã: ut cũ ea addiscat & super eã doctrinã exẽplo unius magr̃i uel multoꝶ: habeat etiã dictus puer potestatẽ faciẽdi de tabula qcquid uoluerit boni & mali. i. tenẽdi mundã & maculãdi & lauandi: quod tẽpus ei durat donec addidicerit: & nolendo addiscere sibi auferatur a pr̃e. Ita est de aĩa nouiter data corpori nouo: qa est quodãmodo in potestate ipsius & cura: obligata est corpori nouo: cũ qua & per quã idem corpus potest mereri laudẽ bene opandi: quo expectat benedictionẽ æterni patris & beniuolentiã angeloꝶ &c. Similiter potest mereri uituperiũ male opãdi: quo expectat maledictionẽ æterni pr̃is & maliuolẽtiã angeloꝶ & sanctoꝶ & cætera. Vnde a deo repellitur quodãmõ furoris ira cadens in manus inimicoꝶ sui: q sunt prædatores aĩaꝶ fallentiũ & non obseruãtiũ mandata solius dei. Si quæratur cur infans plene non loqtur & non uadit q̃ cito ẽ natus

ut postea tp̄re ꝓcedente: cū aīa sit pfecta in corpore: respōdemus ꝙ duæ sunt causæ: prima est originale pccm̄ Adæ: secūda est culpa corporis & non eiusdem aīæ: cū corpus non sit pfcm̄ nisi scdm̄ tempus: & non scdm̄ naturā. unde crescente corpore aīa uiua se ✗tutibus manifestat. De ꝓprietate aūt aīæ satis prædictum est in ꝓprio libro circa principiū quartæ distinctionis cap. aīo aīas.

¶ De notitia natiuitatis pueroꝵ. s. quando pueri nati euadunt & quādo nō. Cap. x.

d E natiuitate infantiū dicimus ꝙ postq̄ sunt concepti aut nascūt̄ uiui aut moriuntur anteq̄ nascātur uel nascendo: unde ī natiuitate multa scitur opatio inesse ꝓpter opationē planetaꝵ: dispositione quoꝵ inferiora multipliciter disponūtur. Et ob hoc dicimus: cū luna in septimo mēse multū humectet duriciē humoꝵ: quæ tenet quēlibet ēbrionē in uētre mulieris facta teneritate illi humores descēdūt īferius: ut supius exit fex illoꝵ: qui steterūt ī matrice p os uuluæ. aut cū ēbrione uel post exitū: qđ totū fit operatione

lunæ:

lunæ: quæ regit oēm hoīem & fēiam. Quare opāte luna ī artificiosa natura: fetus exit soli cite de renib9 pueniēs ad lucē tēpalitatis: ūde dicimus ꝙ siqs nascatur ante septimū mensē penitus non euadit eo ꝙ oēs planetæ nō sūt opati suam ꝓprietatē iuxta cursū lunæ: Sed ut ratio singuloꝝ plenius hēatur dicemus de unoquoq; mense: ut infra patebit.

Si nascatur ī primo mēse nihil exit nisi hu mor cōmixtus multa uarietate cōgelatōis q/ busdā filis eo ꝙ tūc regnat saturnus: quo coa gulatur totū qđ ex luna fuit liquidum.

Si nascatur ī scđo m̄se sāguis frustatū exit eo ꝙ tūc iupiter regnat & dnātur: opatōe cu ius humor aqueus iā conuersus erat ī sāgui/ nē & ī multa mēbra licet nō sint sic fortia ꝙ tota creatura possit haberi solida.

Si nascatur ī tertio m̄se raro ꝙ nascatur ui/ uus ꝓpter sui teneritatē cū ex facili laceretᷣ ī uētre: nec hēat iuuam̄ sui licet hēat uitā. Suf focatur ēt nimio calore ꝑ eo ꝙ ī eo m̄se dnā/ tur ei mars. unde ē paruus cancrulus.

Si nascatur in quarto mēse inexit uiuus: & si uiuus statim morietur ꝓpter sui teneritatē

& nimiū calorē solis: qui tunc regnat illi.

Si nascatur in qnto mense licet uiuus quā doq; exeat non euadit ꝓpter dnīum ueneris q ē planeta ī gnr̄e feminīo & ī ꝩtute debilis.

Si nascatur in sexto mēse nō euadit ꝓpter dnīum mercurii: qui ē planeta cōis uirtutis: unde cum separetur a uentre: & sit in coniū ctione cū luna quæ ē deterior eo non potest euadere.

Si nascatur in septimo mense bene euadit & potest euadere ꝓpter dnīum lunæ: cū per eius regimen sit ordo officioꝝ a planetis cō/pletis in tali creatura. Cōpleto quidē ordine operationis. vii. planetaꝝ: quæ fit in fine. vii. mēsis aut ēbrio nascitur & euadit: aut si nō nascitur prædicti planetæ incipiunt regnare in creatura ordine prætaxato.

Sciendū est ꝙ sicut in primo mēse regnat Saturnus in genere &c. in octauo m̄se iterū regnat &c. Si nascatur ī octauo mense na tus non euadit licet nascatur uiuus congrue fortis: & hoc est ꝓpter dnīum saturni q tunc regnat: & q sua frigiditate īfrtgidat eum: & claudit

claudit non ualentem surgere in aīam. unde non uiuit ultra dié octauum.

Si nascatur in nono mense bene euadit secundū cursū naturæ: eo ꝙ tūc regnat iupiter qui est planeta pius & bonæ complexionis.

Si nascatur ī decimo mése bene euadit: qa tūc regnat mars: & ex suo calore cōplexioné eius cōfirmat ī melius: cū īueniat creaturam bene cōpletā & determinatā. Ité nondū é ꝙ ꝓpter illud méstruū qđ miscetur cū diffuso semine conceptionis in cellula matricis oportet de necessitate ꝙ qlibet hō natus tépestiue aut tarde hēat quattuor passiones ieuitabiles. s. uariolas: sturolas: fersas: & scabié humidā uel siccā. Et sciendū est ꝙ méstruū é ita necessariū ad concipiendū uelut alumen ticturæ. & nisi sit aliqd de illo in cellula ubi fit cōceptio gnratio nō ualet. ūde si creatura nascatur & diu uiuat naturaliter purgatur ab illa īmunditia. Sciendū est ꝙ si erat fluxus quando erat facta conceptio & de menstruo nimis ī cellula: creatura cōcipitur uiciata ī plus aut minus: & tūc uir se debet absti/

nere a coitu: & mulier debet ei resistere cum sagacitate. Cursus aũt huius m̃strui ẽ quã do luna est media siue rotũda: & iste fluxus quãdoq; pseuerat uno die: quãdoq; duobus: quandoq; trib; uel qnq; ad plus scd̃m cursũ lunæ & conditõis quãtitatis uitiorum humorum.

Et sciendũ q iudæi naturaliter patiũtur fluxũ sãguĩs p uirgã scd̃m lunã qbusdã guttis ut mulieres. De mẽstruo possunt fieri multa maleficia & de spmate & de capillis pilis & sanguĩe & uestigiis pedũ in puluere & limo. Itẽ sciendum est q si de mẽstruo satis fuerit in conceptõe: ipsa creatura in sua uita satis hẽbit de prædictis quattuor passionib;: & ecõtrario. Sciendũ q unaquæq; passio illarum ẽ purgamẽtũ hũorum illorum: qb; effectũ hũit materia primitiua: unde uariolæ sicut & scurolæ &c. significãt purgamẽtum sui electi.

Sciẽdũ ẽ q donec ĩfans ẽ in uẽtre mr̃is uiuit de m̃struo. s. se pascit de illo: nec recipit suũ alimẽtũ p os suũ sed p umbilicũ. Vnde ista est cã qr̃ menstruũ nõ discurrit om̃i mẽse solito: qa efficit cibus ẽbrioni: & hẽt decursũ ĩ

stercus

ſtercus genitricis: Et hoc ſufficiēter apparet p mulierē lactātem & p puerū naſcentē: quia mulier lactans non patitur menſtruū niſi p cauſā: imo mēſtruum conuertitur in lac: & quādoq; inciditur ligamen infātis ab ūbilico quādoq; repitur ī eo cibus: quē mater eo die comedit. Nato infante naturaliter nutritur lacte: donec eſt fortior: & manēte uirgine in tactu pirulæ naſi dignoſcitur: quia cartilago ē ſolida: & cū ē ſem corruptus ei ſētitur ptib9

De modo naſcentis infantis & de uentre matris eius. Cap. xi.

d E exitu infantis: ita dicimus q uterq; exit foras p os uuluæ: tam̄ prius cū capite ſi ſit bene ſanus. Sciēdū ē q maſculus naſcitur ſupinus: & ſi aliqua uice teneatur ī aqua balnei & moriatur moritur ore īferius. & feīa naſcit nō ſupina ſed cū ore īferius: & ſi aliq̄ uice moriatur ī aqua moritur ore ſupina. Naſcitur. n. prius cū capite qlibet: eo q ē ſibi qdā ītroitus ad uitā tp̄alē: ut uideat mū dū & eum cognoſcat miſeriis plenum: & ſuum defectū: & q per ſe nihil poteſt facere. & cum ē mortuus naturaliter portatur cum

cũ pedib⁊ ante ad fossã in signũ sui exitus. & sicut p caput mundũ intrauit: ita p pedes ex trahitur suũ finẽ uidens. Sed si aliter nasca tur: ut prius exeat pes uel manus &c. uix eua dit: & potius moritur subito q̃ euadit: & mr̃ eius dolores & mortis picula patitur: Sed si infans ꝯsetur in uentre: raro contingit ꝙ mu lier euadat de illo partu qn moriatur. Et ob hoc tutũ est hr̃e bonã obstetricẽ: quæ p suã scientiã sciat succurrere mulieri parturiẽti cũ tãto piculo. Nascitur uir cũ facie ꝯsus terrã: eo ꝙ prior fuit nocẽs: q̃ cito exiuit de manu dei: uir natus uoce clamat. Oa. Feia ꝯo Oe: quasi masculus dicat o Adã qr̃ peccasti quia ꝓ te patior miseriã infinitã: & femina dicat ĩ suo lamẽtabili cantu o Eua qr̃ peccasti: nam tuo peccato sũ passura miserabilẽ uitã ĩ hoc mundo. Si autẽ uis scire q̃uo infans possit exire de utero genitricis: cũ sit grãdis differẽ tia inter creaturã & ianuã de qua exit: diciũs aspice lapidẽ q uno ictu oculi cũ ꝓiicitur in aquã fontis uel fluminis &c. exit ab ea qm̃ uisione oculoꝝ cõprehendi non põt aperitio

aquæ

aquæ neq; clausura: & sic ꝓpter lapidē ipsa aqua non aliter mouetur de suo loco siue sta tu. Simile est ēt de coagulatione salis & de exitu graminis herbæ: cuius effectus nequit finaliter cōprehendi. Itē dicimus ꝙ infans si nascitur rōnabiliter eū consequi debet se- cūdina. i. illa pellis in qua stetit inuolutus ue luti manet uitellū oui ī pellicula tenuissima causa cuius non dispargitur: & tamen ē in te sta. Hæc aūt secundina cū est multū grossa non facile partu dirūpitur: & ideo infans di citur natus ueste. Sed cū est subtilis penitus laceratur: & cruore tegitur. Sciēdū est ꝙ si īfante nato mulier bene purgetur ꝑmanet sa na: & econtrario: nec est mulier aptior ad im pregnādū q̄ post purgationem partus: quæ q̄ cito fluxu purgata leuat se de lecto: & pōt ire ꝑ domū. Solet. n. purgari hinc ad. v. uel . vii. aut. ix. dies ad plus: & donec non ē pur gata doloribꝫ affligitur. Sed si ultra. ix. diem differtur purgatio in ꝑiculo cadit ægritudīs: qua male grauatur: & cito incurrit ad mortē Vnde debet bōis cibis refici: & calida teneri:

ne frigus recipiat: quo mater solet suffocari & malignari. Valét sibi stuffæ: quia faciũt cessare dolores: & hũores citius dessiccãtur.

Purgamtũ Xo parturientis occultatur uiris & pueris: ne sit eis horror: quia sanguis est. Vnde ab obstetrice abscõditur in latẽti loco domus: ut sub pede schalaꝝ uel post hostiũ in obscuro. Si. n. sciretur a uiris quid turpiũ feĩa gerit eam taliter hñt fastidio ꝙ eã tan gere nollent: & gnr̃atio filioꝝ sæpe cessaret.

Itẽ si parturiẽs nõ bene purgatur illud qđ tũc remanet ĩdurescit ad instar frusti carnis . s. de die in diẽ: quo frusto mulier se credit non diu ingrauidatã: cũ habeat in se conditi omes ĩpregnationes appetitu & uentris cõfla tiõe donec ueniat ad terminũ partus præsto lati. & cum recipiat quasi omĩa signa partus afflictione tam̃ nihil parit: & tunc patet ægri tudo nisi sibi succuratur beneficio utilis me dicinæ. Si quæratur cur mulier non est bar buta sicut uir: dicimus ꝙ cum utriusq; cibis & potibus naturaliter abũdet multis humo ribus natura eos depellit hoc modo: quõiam

in mu

in muliere consũitur incremento capillorum & fluxu menstruorum: Et in uiro p augmẽtũ capil lorum & barbæ. Vnde illi humores qui cõuertũ tur in menstruum efficiuntur pili barbæ ĩ ui ro: & ecõtrario. Sciendum est q pili mulie ris sunt frigidi & humidi: & ideo suo põdere non possunt plus ascendere q̃ ad mãmas in quibus cõuertuntur male. Capilli uero uiri sũt calidi & sicci: & ideo eorum leuitate ascendũt p quosdã meatus usq; ad fauces: & ibi exeunt fauces porrosas siue porros ut fumus de fo/ raminibus camini.

¶De rebus quæ nocent Embrioni & mu/ lieri grauidæ. Cap. xii.

m Vlta sunt quæ nocent embrioni & nõ genitrici: & ecõuerso. & quædã utriq;. Vnde uolẽtes hoc pãdere documẽtũ dicimus q herba papauer & eius semen nocet utriq;. Causa est qa ĩducũt sõnum utriq;. Et herba tĩgit pellẽ ẽbriois: macula cuius nũq̃ recedit. Sciendũ q papauer & rosula cãdida faciũt maculã cãdidã: & rubea rubeã. ũde pregnãs in cibo nõ utatur: ne infans sit somnolentus

uel maculatus. Caro leporis & leonis nocent multū embrioni: qa ille sēper apertis oculis dormit & hic similiter. acetū nocet: & sulzus .i. nerui pedū boum: & lac: & cucumer: eo ꝙ nimiā īducūt frigiditatē: unde portat utriq; periculū. Cuminū & zafranū nocēt embriōi: & suā tīgunt pellem in pallidū colorē. Cepe: allea: lactucæ & anetū nocent embrioni: qa ex eis ꝑdit uisū. Mel & aleū .i. radix magna ī cortice nocēt embrioni: qa uiciatur coniunctione digitoꝝ manus &c. Tarde nascuntur dentes: & eos cito ꝑdit. Basilicum absinthiū sal & piper nocent embrioni: quia ex eis erit carne siccus: & efficitur leprosus nimio calore: & hēbit breues ungues. Vinum purum ei nocet ꝓpter epilensiā: Caro porcæ ouis & anguillæ ꝓpter guttas ī medullis ossium & bauas ī ore. Caro salita & caseus rusticus & suffrictus ei nocent: qa ex eis fit siccus ī carne. Et glutho isopus caruca carica pignolū offa ī uino nō multum potente iuuāt embrionem & matricē: qa reddūt pīguē & ī facie colorē.

saliua

ſaliua mēta feniculū petroſiliū ualēt utriq₃: quia generāt bonū flatū: Saturegia pulegiū & borago iuterficiūt embrionē: Fumus cādelæ extinctæ & lucernæ: ſubtellariū ſulphuris & argenti uiui interficiunt embrionē: & nocent cerebro mulieris. Cū ꝟo embrio ſe mouet habens capillos præſtat ex illis dolorem mulieri in uentre ſeu puncturas. Item ſciendū eſt ꝙ ſecundū oīum humoꝶ quātitatem tā tp̄ris q̄ pſonæ coeuntis fit conceptio cōplexionata: ut ait Galienus in microtegni.

De conditione lactis & lactantis & de infante lactente. Cap. xiii.

DIctum eſt ſupra ꝙ menſtruū certa cōditione conuertitur in lac habens terminū ſui aſcenſus in mām̄as pectoris & exitū per porros capilloꝶ. Quæ ꝟo multiplicāt lac & obſeruāt præter partū ſūt multa: ſicut potus aquæ frigidæ: ut patet ī paupculis mulieribus: brodiū epuli herbaꝶ: & cibi paſtæ: laganeaꝶ: puluis criſtalli: ſemen fenugræci: aniſi: aneti: & dormire: & cōtinuatio lactationis: carnes recētes: uinū bene lipphatū &c.

Similiter sũt quædã lac desiccãtia: sicut uinũ purũ fortis potentiæ: nimia uigilatio noctis: participatio in cibo & potu cũ alia lactante: pipatũ forte: rosmarinus: sal: caro salita: panis siccus: caseus: ĩpregnatio: nimia tristitia: acetũ &c. Sciendũ ẽ ꝙ lac est melius & peius scđm naturam eoꝝ qbꝫ gnr̃atur. Vbi gr̃a nutribilius ẽ ex brodio cibi pastæ q̃ ex aqua pura &c. Lac mulieris nigræ & brunæ ẽ melius sẽper illo mulieris albæ & rubeæ: nec est lac utilius ĩfanti lacte suæ genitricis: & ĩfans citius crescit & melius ĩformatur cibis bonis q̃ malis: & naturaliter imitatur uestigia moralitatis lactantis: ut patet ꝑ illũ q diu nutritus est lacte porcæ: & per illũ qui dudũ lactauit caprã &c. qm̃ prior libẽter ĩtrabat uestitus in limũ: & comedebat ut porcus: Alter ibat saltim & libenter corrodebat plãtas. Ille qui diu lactauit nutricẽ fistulosã fuit etiã in cõsimili parte sui fistulosus. Lac pregnãtis est quasi uirus infanti: cũ faciat eum cito in flatũ uel senectã intrare. Vnde bene cauẽdũ ẽ cui nutrici detur infans ad lactandũ ꝓpter

tanta

tanta pericula quæ occurrunt.

¶ De dispositione filiorum ad parentes & econ uerso: & de lactato ad nutricem non propriam matrem. Cap. xiiii.

Quia nascentium quidam studio malignantur: & si naturaliter sit maligni studio in bonum reformantur per causam: uolumus de singulis aliqua pertractare. Vnde sciendum est quod quidam semel nascitur: ut homo & bos. quidam bis ut auis & maior pars piscium. & quidam ter: ut multiplex genus auulorum: uelut apes & papiliones. Pullus Christo bis nascitur. s. primo ouum: postea pullus &c. Item animalium quædam generantur coitu: ut homo & bos. & quædam sine coitu: ut anguilla: cancer: scorpio &c. Musca Christo & rana coeunt sed nihil gignunt. Item nascentium omnium quidam nascitur uiuus: & uiuit ut homo & bos. quidam mortuus: ut ursus. quidam in frustum carnis: ut leo. quidam cæcus: ut canis. quidam potens: ut qualia & maior pars animalium: & quidam impotens: ut homo. Siendum est quod sanguis canum & infantum a bimatu & infra. absque dubio

liberat leprā per balneū aquæ calidæ factū.

De amore χρo nutrientis ad nutritū & nu/
triti ad nutricē ita dicimus ꝙ infans q nutri
tur in ꝓpria domo & prīcipaliter a mr̄e plus
amatur a parētibꝫ: & ipſe plus amat eos: q̄ q
nutritur extra domū uel ab extrāea nutrice.
Quid facit hoc? lac labor & uſus. ūde qui be
ne nutritur ī domo & a matre plus matrem
diligit om̄i tp̄e: ſed qui extra domum nutri
tur diu reductus in domū eſt quaſi extrane
us reſpectu alterius: tamen plus & minus ſe
cundū locū ꝓpinquum & longinquum. Et
ſup hoc dixit quidā & bene: Qui procul eſt
oculis ꝓcul eſt a lumine cordis. Cur parētes
plus ament filiū q̄ filius parētes Reſpondeo
quia filius eſt caro & ſāguis parentū: ſed nō
econuerſo. unde illi habent pignus in eo: &
non ipſe in eis. Cur genitrix plus ardenter
diligit filium q̄ pater & condolet illius paſſi
one ei reddēs facta offenſa Reſpondeo quia
in eo plus hēt carnem & ſanguinem: plus &
diutius cōſeruauit ſocietatē & amicitiā cum
eo portatione in uentre & extra ac nutritione
lactis

lactis & cætera. Cur pater plus amat filium q̃ mater: respondeo qa semen uiri plus fuit in eo: & eidem patri est similior q̃ matri.

Cur pater & mater non tã firmiter seruant guerrã filio & diu sicut filius facit cõtra eos: respondeo qa eorum est caro & sanguis: & nõ ecõuerso. unde cũ diu sint usi illo usu & tractatu & nutrimẽto sui laboris & in tantũ cõmodatũ ideo contigit. Cur parentes ament plus primũ q̃ cæteros: respõdeo qa nouus ẽ: & nisi esset naturale q parui sic amarentur: multi perirent. Cur coniugales plus ament unicũ filiũ q̃ quãdo habẽt plures: respõdeo qa suũ pignus habẽt in eo: & cũ in eo nõ habeant ãplius eo ideo contingit. Cur auus & auia plus cæteris ppinquis sic diligũt nepotes: respondeo qa ipsi sunt radices germinis huius: unde uident recuperatũ & renouatũ quod pditũ erat & antiquatũ. Cur quidam coniugales ita se diligunt ardenter cũ sint de extraneo sanguine: respondeo qa ĩ cõplexione sunt similes: ut ãbo sanguinei &c. uel qa se in bona dispositione coniunxerunt. Cur

quidam coniugales se semper habeant odio licet ad iuicē cōmorentur: respondeo qā ī cō/plexiōe naturæ sūt nimis dissimiles: ut unus sanguineus: alter colericus: uel se iunxerunt in mala dispositiōe planetarū: uel maleficio herbaꝝ sunt ligati. Cur frēs carnales ita se diligūt l[illegible]et hēant odio aliqua offēsa: & siqs alterū eoꝝ offēdat corā reliquo, ille succurrit sibi repēte: respōdeo qa sūt mēbra unius sā/guinis & una caro licet sepata. Id iudiciū ē ī sororibꝫ. Cur ꝓpinqui ꝓle plus se diligūt inuicē q̄ extranei q̄uis morētur dispse: respō deo qa uirtus saguinis nō diuiditur: ut patet de frustris carnis unius anīalis: qm̄ ubiqꝫ est eiusdē uirtus. Cur cōsāgunei ab īuicē extra neāt᷑: respōdeo qa cessauit usus uidēdi & ser uiēdi uel offēsio īteruenit. Cur uicinus unus plus amat uicinū q̄ lōginquū cū ambo non sint de una prole: respōdeo qa sāguis ē affi/nis unius ad aliū: & pp usū se uidēdi & forte seruiēdi. Nam sanguis habet uī uultui. Cur duo socii sic se diligunt: respondeo qa uiuūt uno amore uirtutis, quia uterque uult idem.

Id

Id iudicum est de compatribus & de artifi
cibus unius artis. Cur christianus non bene
amat Saracenum & econuerso: licet utantur
ad inuicem & sibi seruiant: respondeo quia
discordes sunt ĩ uirtute fidei: quæ est maior
q̃ alterius antecedẽtis. Cur homo plus amat
canem q̃ porcum & gattam q̃ leporem & bo
uem q̃ mulum & equum q̃ asinum: Et ita
de cæteris: respõdeo quia quem ex his amat
est ei plus affinis in bona uirtute usus & ser
uitii. Cur amat homo plus bestiã q̃ lignũ
uel lapidem: respondeo quia cum eo homo
habet affinitatem propter uitam animalem.

Cur homo plus amat lignum q̃ lapidem:
& terram q̃ aquam: & ignem q̃ aerem: Re/
spondeo quia magis recipit utilitatem uisibi
liter de prædictis quæ plus amat. Cur pue/
ri plus cito ad ĩuicẽ cõgregãtur & libẽtius cõ
morãt' q̃uis sit diuersæ ꝑlis: Et ita de senibꝫ
& de masculis &c. Et de auibꝫ cũ auibꝫ: & nõ
cæteris aĩalibꝫ t'ræ & ecõuerso: respõdeo qa
uirtus ætatis ĩ similitudĩe uĩcit eos sic facere.
unde dictũ ẽ om̃e simile appetit suũ simile.

Cur frater non ſic ĩamoratur in ſorore quæ eſt pulchra & delectabilis ſicut in aliena: reſpõdeo quia ſoror eſt eadẽ caro & idẽ ſãguis ut ꝓbatur de manu ad manũ ſolo tactu: qa de tactu ꝓprie manus nõ capitur delectatio ſeu uolũtas: & ita eſt de ſorore & de omibus de prole: tamen plus & minus ſecundũ uicinitatẽ lineæ & ſenſũ diſcretionis.

Signa mulieris grauidæ. Cap. xv.

SIgna mulieris grauidæ ſũt multa: ĩter quæ aliqua dicemus hoc loco. Vnde ſciẽdũ eſt ꝙ mulier quãdo ẽ facta pregnans non in ea die niſi præſũptione coitus facti: ſed ante q̃ ſit unus mẽſis cõpletus ſatis põt dignoſci ab ea & ab altero: quia quãdoq; ſtomacus mulieris eiuſdẽ trãſmutatur in aliud præter ſolitũ. Corpus ẽt quãdoq; trãſmutatur a ſtatu in ſtatũ: ut a recto in curuũ: & a ſano in non ſanũ gutta uel calore &c. Nam quandoq; mulier in uoce fit rauca: quãdoq; inflatur ſuũ crus uel coxa. & quandoꝙ tranſmutatur a ſolitis moribꝫ: ut ſi ſolita erat eſſe humilis efficitur ſuperba &c. Item dimidio

lunæ

lunæ non patitur menstruū nec in toto tem/
pore grauidationis nisi sit ex magno acciden
te. Quod si sic contingat aut floribus abun/
dat uel embrio patitur īfirmitatem. Et cum
istud contigit ipsa mulier credit perdere fœ/
tum: uerum est ꝙ bene est in periculo morīe
di. Oculi pregnātis diminuuntur. i. pregnā
tis oculi concauantur: cito fit fessa multo iti
nere uel alio labore: acute intuetur: Pupillæ
oculorū sūt clariores: albugo oculorum inal/
batur idest spissior apparet: capita māmaꝝ
extenduntur: ubera cōflātur & induresc̄ūt a
dolore: Sputus fit uiscosior: & forte sputat
spissius. Prædicta. n. signa magis contingūt
ī puella q̄ ī matura ānoꝝ & ī priori grauida/
tione & secūda q̄ postea. Sciēdū ē ꝙ signa
ī grauida uel ī maiori pte & qa non patitur
fluxū tēpestiue se cognoscit esse grauidā. Et
ab illo termino cōnumerat m̄ses: uēter ēt tu
scit: dolorē quādoq; ī renib; sentit: in urina
rotūda circa fundū apparet Ypostasis: eadē
ut nebula cāpia uel ut bōbix: Et oīo macrior
q̄ piguior: & ī incessu aliquantulum grauior
post quartū mēsē.

Signa mafculi concepti in muliere graui/da. Cap.xvi.

ſ Igna maſculi concepti in muliere grauida ſunt iſta: mamma dextra fit groſſior & durior paulatim ideſt de die in diem: uerũ eſt ꝙ poſt duos menſes fortius patet & deinceps donec lactet groſſior manet licet ſiniſtra ſit groſſa. Vnde qui hæc nouit ſi nutricem ĩueniat lactantẽ: & uideat diſcrete ãbas mãmas poteſt ei tute dicere: ſcio quid pepeiſti: & notata mãma ei dicat: Et tunc audiẽtes ueritatem ualde mirabuntur: Volens dicere iudicium pro maiori parte dicat: quæ ſi fuerit dextera dicat maſculum: & ſi ſiniſtra feminam. Idem fiat in facie colorata plus ſolito: pellis in facie clara & munda & delectabilis: fit etiam macrior ſolito: ac bene comedit & bibit: leuis incedit: ac ſe ſentit ĩ pedibꝫ niſi ſit per accidens: Venter fit rotundus: & in pelle extenſus ac durus ſentitur tactu: nec turbatur multũ leui occaſione. Motus in uentre fit frequens: idem de die & de nocte. Sciendum eſt ꝙ ſi mulier concipiat

maſculũ

masculum in sinistra parte conceptus non ē tam bonæ complexionis uelut in dextra.

Signa feminæ conceptæ in muliere grauida. Cap. xvii.

Signa feminæ conceptæ in muliere grauida sunt ista: mām̄a sinistra efficitur grossior dextra plenior & durior: tamen est quodām̄odo mollis ad īstar pulmonis habēs frustula cuiusdā duriciei ī eadem: & hoc est post tres mēses de die in diem paulatim: uēter fit plus longus q̄ rotundus: & parū extēsus ac durus: in facie fit panniculosa & ī corpore pallida nisi fiat per accidens: fit etiam pinguis in carne plus solito: cito debilitatur leui labore & ingressu uiaꝝ: & se frequenter sentit grauem: nec habet bonum appetitum edendi: debilior est & pauidior solito: occasione sputum facit uiscosum: & flatus ei minoratur uoce: cito perturbatur exagitatione contrarii cibi: grauem habet portatū ex feīa respectu masculi: quæ si cōcepit ī dextro latere: quod raro contingit: puella erit melioris complexionis: & mater se melius habebit:

& econuerso. raro etiã ei mouetur uenter.

¶ Signa probabilia quibus ad oculũ & intellectũ scitur utrum mulier sit grauida masculi uel femellæ. Cap. xvii.

m Multa sunt signa in genere & in specie: quibus omnis homo sagax põt ppendere in muliere grauida utrũ hẽat in uentre masculum uel feminã: ut illa quæ supradiximus: & hæc accidunt. Lac pregnantis ĩmulsũ palmæ manus prius mũda ꝗ̄ strĩgas palmis ãbabus: & tunc aperi: & uide illius dispositionem. Nã si fuerit in substantia spissum: & non aquaticũ sĩgnũ est masculi. Si xᵒ fuerit aquaticũ & non bene tenax: tũc est signum feminæ. Alius modus: mulgeatur lac super speculũ: & ibi pmittatur siccari ad solẽ: qđ si siccatũ fuerit in modũ per se parisibiliter: est signũ masculi: Et si fuerit extensũ & late re siccatũ signũ est feminæ. In chiromãtia est istud experimentũ: fac tibi ostendere unã manũ a grauida quã uolueris: & tũc conside ra manũ & eius mõstrũ: quæ si fuerit dextra ẽ signũ maris: & si sinistra est signũ femellæ conceptæ.

conceptæ.

Quō hētur notitia quot filios unaquæq̧ mulier debeat hr̄e uiso primo partu. C. xviii.

u VT quilibet sciat quot filios unaquæq̧ mulier debeat hr̄e uiso primo partu: dicimus ꝙ cū infans exierit de uentre matris suæ: ac ceciderit deorsum: leuatusq̧ fuerit de loco per obstetricē: aspiciēdi sunt nodi illius umbilici qui irrogitur matrici: & quotquot fuerint: tot filios potest adhuc habere & portare: ꝓpter quid & non āplius. Sed si nullus fuerit nodus nullū filiū potest āplius habere uel generare: & culpa erit sua & nō uiri si de inceps nō gnr̄abit. Sciēdū ꝙ si mulier nullū nodū habuerit in se nullū filiū pōt generare dato ꝙ oīa bene faciat: quæ sūt necessaria ad concipiendū. Et omni uice mulier perdit nodū unum qui incidit quotiens parturit radicem. Quot quæro masculos sit quæq; mulier conceptura primū filiū hoc modo notato: Quia quot coronas capillorum habebit uel habuerit in capite quadam similitudine tot masculos est paritura. In secūdo uero partu

una corona ſignificat unum partũ maſculũ: nullam autem feminam uel neminem alteri us generis. Signum geminoꝝ ẽ iſtud ĩ una grauidatione: qm̃ ſi ambo fuerint maſculi: ambæ mãmæ creſcunt æqualiter: & mulier ẽ macra plurimũ & bene colorata. Et ſi unus eſt maſculus & altera femina dextra mãma eſt dura: & mulier in facie illius partis ẽ ma cra & colorata. & in altera parte eſt epĩguata aliquantulũ & pallida uel panniculata: uen ter multũ tumeſcit: & in dextro latere ſẽper fit motus & fortis: in ſiniſtro uero rarius & debilis.

Capitulũ ſignoꝝ in femina grauida: qbꝫ hẽtur notitia ſi ẽbrio eſt ſanus uel infirmus: uicturus ſatis uel moriturus cito tam in uen tre matris q̃ extra. Cap. xix.

SIgna ſanitatis & infirmitatis ẽbrionis ſunt multa: de quibus uolumus hic a liqua denotare. Vbi gratia dum cognitũ eſt cuius generis ſit embrio ſic dicimus ꝙ ſi mã-

ma significãs embrionẽ prius fuerit plena & dura conuenienter: & postea efficiat̃ mollis Embrio est infirmus. Si xᵒ nimis fuerit mollificata: & prius erat multũ extensa & plena mulierq; doloribus tormentetur: embrio penitus morietur ante partũ uel in partu iuxta conuenientiam ætatis perceptæ. Et ecõuerso exitus lactis a mãma pregnantis est signum breuis uitæ in embrione: & tunc patitur ægritudinem. Si uero mulier cum ĩpregnatur ẽ bene sana: & in ĩgrauidatione sua moratur: & mãmæ non retrahuntur a uirtute sui augmẽti & duriciei: nec lac diffundat absq; uiolentia signũ est sanitatis & uitæ embrionis: nisi contrariũ desuper sit signũ latenter a planetis fluxus menstrui uel sanguinis in grauida est signum infirmitatis embrionis potus aquæ feminæ: Similiter si grauida nimis grauetur sui & pauida efficiatur & diffidat est signum ægritudinis in embrione & paruæ uitæ: siue nascatur siue nõ. Huic sermoni addimus istam doctrinam q̃ gracilitas mãmarum in muliere significat paucitatem lactis.

Sed tale bonum est & pigue: ut patet ĩ lacte ouis respectu illius capræ uel fructus: itẽ ca/seo utriusq;. Lac ẽt dextræ mãmæ est melius illo sinistræ. Nato ĩfante si uisitetur a psona signũ Salomonis habente ante nonũ diẽ pu er moritur penitus ĩ breui. Si ẽt pregnãs sup trãseat signũ Salomonis abortitur cito. Et si pilus nascatur super aliqua mãmarꝫ embrio infirmatur: & forte eadẽ mulier. Si mamma lactantis in ore infantis multum teneatur ei dentes cito nascuntur & sine dolore. Et si gi giuarꝫ inflationes sunt lac mulieris nigræ & brunæ & macræ q̃ crassæ est melius ĩfanti ad eum nutriendum.

De aĩalibus in gñre & ĩ specie. Cap. xx.

d Ifferentia animalium tam in genere q̃ in specie multiplex est scilicet natura: proprietate: nutrimento ciborum ac dissimi/litudine sui membraliter: & ꝙ sic implicant ad multa & ad diuersa. Vnde sciendum est quod animalium tam bipedum q̃ quadru/pedum & deinceps quædam nascuntur se/mel: ut homo & bos: Quædam autem bis:

ut gallus

ut gallus & colūbus. s. primo ouum: postea pullus. Quædā ter ut papilio: quia primo generat: & ruca facit ouū in folliculū: & ex illo nascitur ꝟmis: q conuersus in papilionē rū/pit folliculum & uolat. Itē aīaliū quædā nascūtur parua & stant parua: ut pulex & muscula. Quædā ꝟo nascuntur parua & efficiūtur magna: ut canis: gatta: agnus: porcus: homo: bos. & quædā efficiūtur maxima: ut elephas. Itē quæda sunt domestica: & quædā siluatica. & quædā mediocria inter utraq;. Sciendū est ꝙ aliqua sunt quæ cito domesticantur: & quædā tarde & difficulter. Quæ nascūtur domestica sunt hoīes canes & oues Quæ ꝟo siluatica sunt pulices lepores & cācri. Quæ uero nascūtur partim domestica & partim siluatica sunt pulli capræ &c. Item aīaliū quædā continent unā naturā & cōplexionē sui: ut homo & bos. Quædā efficiūtur mōstruosa ꝓpter diuersitatē cōplexionis naturæ: ut minotaurus: ipocentaurus: laminia & sirena. Itē aīaliū quædā morantur simpliciter in uno elemento: ut salamādra in igne:

Talpa in terra: cameleon in aere: alec in aqs: Quædã uero morantur cõmixte inter cætera elementa: ut formicæ alatæ: lucertæ: & aues &c. Item aĩaliũ quædã generãtur p coitũ: ut homo bos equus &c. Quædam sine coitu sed ex sola corruptione elem̃toꝝ: ut scorpio: anguilla & rana. Quædam in ouo: ut gallus & pauo & maior pars pisciũ. Sciendũ est ꝙ secũdũ significationẽ aĩaliũ ab elementis õe aĩal illo utitur: & requirit in suo nutrimẽto. unde quia pisces plus sunt ex aqua q̃ de cæteris elementis uiuunt in ea: & eã appetunt aues de aere: hõ de terra: & c. Sciendũ ẽ ꝙ q̃to plus auis est uolatrix: & eadẽ maioris uolatus ĩ altũ tãto plus ẽ aereæ naturæ: & propĩquãs aquæ ex aqua: ut patet de aquila falcone groto & de conchili. Et si aĩmal aliqua occasione cesset a nutrimento sui elem̃ti cito mutatur in statũ priorem & ægrotat. Item animalium quædam sunt mollis substantiæ & quædam duræ: quædam longæ: quædam curtæ: quædam grossæ quædã subtilis: quædam latæ quædã strictæ: Quædam parum

uiuũt

uiuunt: quædam multum uiuunt: quædam facile moriuntur: & quædam difficile. Itē animalium quædam habent corium cum pi lo: ut equus: quædam lanam & partim pilū ut asinus & quidam pisces. Quædam habēt pellem sine pilo & sine lana: ut uermis terre stris. Quædam habēt pilos & capillos: ut ho mo tantum. Quædam habent seta[illegible] pilos ut porcus. Quædam spinas: ut ricius & por/ cus spinosus. Item auium quædam habēt in pelle pennam: quædam plumam: quædā dam squamam: quædam spinam: quædam grossam & asperam: quædam subtilem & mollem. Item omnium animalium quædā habent labia ex quibus dicitur os: quædam non labia sed aliquid loco oris: & tunc dici/ tur musū uel grugnum: uel rostrum uel fi/ stula. Et sic quædam habēt os ut homo: quæ dam musum ut canis: quædam rostrum ut aquila: quædam foramen ut elephas. Item animalium quædam habent dentes in ore ut homo & canis: quædam scripaturam & non dentes ut anser. Item animalium quædam

habent in capite cornua: quædã nares: quæ/
dã baissas. Itẽ aĩalium quædã habent duos
pedes: quædã quattuor: quædã sex: quædã
octo &c. Itẽ aĩalium quædã uadunt & non
uolãt: quædã uolant & non uadunt: & quæ/
dã quãdoq; uadunt & quãdoq; uolant. Itẽ
aĩalium quædã habent rostrũ curtũ: quædã
longum: quædã subtile: quædã grossũ: quæ/
dã rectum: quædã tortũ: quædã latum: quæ
dã strictum: quædã acutum: quædã sumũ.
Itẽ aĩalium quædã habẽt in corio siue pelle
multã supfluitatẽ: & quædã paucam: ut pili
lanæ: plumæ: spinæ: mucillagĩes: & squamæ
Itẽ quædã habẽt cristã ut gallus: & quædã
galeã: ut upupa: laudula: & pauo. Itẽ oĩum
habentium caudã quædam habent curtam:
quædam longã pilorũ uel setæ uel carnis uel
pẽnæ. hõ & simia carẽtes cauda loco eius ha
bent musculos in cruribus. Quædam uero ha
bẽt caudam non hẽnt pulpas carnis eleuatas
in cruribus. In aĩalibus crescunt cornua un
gulæ: pili: lana: seta: capillus: penna: pluma:
squama: pinguedo: medulla & spina. Item
aĩalium

aĩaliũ quædã uiuunt in ſocietate libenter ſui generis: ut apes: grues: colũbi: formicæ: oues &c. Quædã uero ſolitariæ: ut ſcorpio & aranea. Itẽ aĩaliũ quædã ſunt multi coitus: ut uir: auis pnix: colũbus: gallus: paſſer: & muſca. Quædã ꝟo pauci coitus: ut mulier: ouis gatta: turtur: ueſpa. Itẽ aĩaliũ quædã ſunt multi clamoris: ut homo canis: porcus: colũbus: rana: paſſer &c. Quædã uero pauci: ut grues: lepus: mulus &c. Itẽ aĩaliũ quædam natraliter ſũt pacifica: ut oues: formicæ: agni & hirũdĩes. Quædã ꝟo bellicoſa: ut grues: ciconeæ: galli: hædi &c. Item aĩaliũ quædam recipiũt doctrinã bonoꝝ moꝝ cito: ut homo canis: ſimia &c. Quædam tarde: ut hos & equus. Quædã nunq̃: ut ſerpẽs: rana: muſca &c. Quædã ſũt pacifica & timida: ut ouis & cerua. Quædã ſimplicia: ut aſinus. Quædã ſapientia: ut equus & canis. Quædã aſtuta: ut draco & ſerpẽs. Quædã frauduloſa ĩ malo: ut uulpes: lupus & ſcorpio. Quædã fortia & audacia: ut leo: urſus: draco: canis ligorius &c. Quædã ingenioſa: ut hõ & ſimia. Quæ

dã ꝯecũda: ut anser & homo. Quædã îuere/
cũda: ut rana: musca: asinus: porcus & cæťa.
Quædam uelocia: ut leo: lupus & ceruus.
Quædam uero pigra: ut asinus & porcus.

Diuisio capituli de aîalibus. Cap. xxi.

OMne animal habẽs pulmonẽ hẽt uocẽ & ecõuerso. Oĩe aîal habens sangui nẽ hẽt cor & epar: & econuerso. Omne aîal carens sanguine est parui corporis: ualde ti/ midũ & debile: ut musca bibio cancer & ara nea: & ecõuerso ut patet de uiro boue leone &c. Omne aîal carens sanguine est pauci ci bi: & econuerso. Oĩe aîal longoꝝ cruriũ ẽ lõgi colli: ut sunt grues: ciconeæ: cochales: & econuerso ut gallinæ: passeres: columbi &c.

Omne aîal non lactans non mingit: ut an/ ser: columbus: gallina. & ecõuerso: ut homo bos: ouis &c. Oĩe aîal carens pulmone ca/ ret gula & collo: ut piscis: cancer: grancus: ci mex &c. Omne anîal carens pedibus caret gula: ut piscis: serpens: ruxa: lũbricus & uer/ mis terrestris. Omne animal ouãs caret ue sica: ut gallina: pauo &c. Omne aîal futuẽs

& generãs

& generãs habet uesicam: ut homo: porcus. & ecõuerso: ut rana & musca. Omẽ ouum longum & acutum in puncta reddit genus masculinum: & econuerso: ut rotundum.
Omne ouum duoꝝ uitelloꝝ est duoꝝ pulloꝝ. Omne aĩal sæpe spargens semen suũ: cito canescit: & si diu uiuit cito moritur frequenti turbatione afflictus: ac citius moritur non spargente: ut patet de uiro respectu feminæ. Omne animal quãto plus est calidæ naturæ tãto magis crescit lõgitudine & grossitudine: ac est fortius & audacius: ut patet de uiro respectu mulieris. Omne aĩal multũ calidæ naturæ grossã uocẽ habet: ut patet de uiro respectu mulieris. Omẽ aĩal habẽs umbilicũ cibatur per illũ donec est in uentre matris suæ & non per os. Omne aĩal pĩgue est incessu tardius macilẽto: & est grossioris intellectus in omni: ut patet de uiro panciato & porco bene pingue respectu macilẽtoꝝ
Omne aĩal est calidius in dextro latere q̃ in sinistro: & ad cõedẽdũ plus saporosius: plus

etiã est ĩ carne & minus ĩ adipe. Oĩe ouũ longũ est calidius & sanius ac saporosius ro tundo: causa est qa masculũ. Oĩe aĩal fe/ mininũ nimis crassũ non põt cõcipere: causa est ꝑpter frigiditatẽ matricis & sui clausurã cum sit parũ aperta ꝑpter adipe. Oĩe aĩal femininũ habens matricẽ suffocatã uel cadẽ tẽ exrra non põt cõcipere. Oĩe aĩal nimis sanguineũ cito ex facili putrescit ꝑpe ossa: & apostematur uel infirmatur. Omne aĩal be ne crassũ paucũ hẽt sanguinẽ curabilẽ: & li/ bẽter bibit & satis: ut patet de porco. Oĩe aĩal habens aures mouet eas præter hoĩem. Omne aĩal habens sanguinẽ hẽt cerebrũ & neruũ: & ecõuerso. Oĩe aĩal uolatile hẽns ungues curuos & rostrũ uiuit de rapina: co/ xas hẽt pulposas & pectus grossum ac forte. Oĩs pisces corticales ouant præter anguillã & ranã. Omne aĩal habẽs pellẽ grossã pi/ los hẽt grossos & asperos & squamas si ẽ pi/ scis præter anguillã & tencã quæ loco squã/ maꝝ hẽnt assungiã & mucillagines: ut patet de porco cãe & boue &c. respectu gattæ &c.

Omne

Omne animal ouãs parum dormit: & curtos facit sõnos. Omne aĩal habens plus quattu or pedibus caret sanguine: ut patet de cãcro aquæ dulcis & salsæ qui habet decẽ: sed loco sanguĩs hẽt aliũ humorẽ: ut patet in ape mu sca aranea &c. Omne aĩal rugosũ caret san guine: & cito moritur oleo: ut papilio: eruca aranea &c. Omne aĩal ouans hẽt pẽnas uel squamas uel aliud loco prædictorũ: ut formi/ ca alata. Omne aĩal habẽs mãmillas eas ha bet sub uẽtre uel prope coxas præter mulierẽ quæ habet eas in pectore. Omne aĩal gene rans omnino hẽt aliquos pilos: & ecõuerso.

Omne aĩal habẽs cornua hẽt pedes scissos: ut capra: bos &c. Omne aĩal habẽs dentes acutos hẽt labiũ superius scissũ: ut canis & gatta respectu aliorũ uidelicet bouis: eq &c.

Omne aĩal habens dentes spissos & fortes in opere est sanæ uitæ & longæ: ut equus: asi nus &c. Omne aĩal habens dentes acutos uel rectos est magnæ iræ: & libẽter comedit carnes crudas: ut leo: canis: ursus. & ecõuer/ so: ut homo: equus &c. Omne aĩal uolatile

& natans caret medulla multa in ossibus: & habet coriũ in ossibus: ut ãser respectu galli/ næ. Omne aĩmal multi sanguinis est bonæ dispositionis respectu cæteroꝝ humoꝝ. Oẽ aĩal uolans caret mãmillis: ut patet in galli/ na: aue: pisce: formica: musca &c. Omne a nimal auis parui corporis plus cantat q̃ ma/ gni corporis & maxime in tẽpore sui coitus: ut patet in philomena & columbo. Omne aĩal & omnis auis diligit suũ fructũ: & gerit curam sollicitam de illo præter cuculam quæ facit oua in alieno nido: & ea nõ alit. & præ/ ter coruam: quæ deserit pullos suos usque in tertiam diem: causa est quia pluma est alba.

Omne animal naturaliter cognoscit suos fi lios & primũ & secundũ: & eis præbet prius cibum & mãmam &c. Omne aĩal generans prius dormit ouante. Omne aĩal aquosum minus dormit aereo: ut patet in pisce respe/ ctu auis. Omne animal dormiens se sõniat in suo gradu. Omne animal masculinũ est in mẽbris suis quodãmodo minus feminĩo: ut patet in cancris & anguillis: quoniã caput

masculi

masculi est minus capite femellæ: & grassa feminæ est maior masculi. Omne animal carens sanguine. fugit ipum libenter propter eius dulcedinem: ut patet de musca serpēte &c. Omne animal habens cor est sapienti/us non habente: ut patet de uiro & uulpe. Omne animal magni pulmonis satis bibit re-spectu habentis paruū. Omne animal non habens parum bibit omni uice: & econuerso

Omne animal uiuens de rapina parū bibit ut patet de falcone &c. Omne animal gene rans animal habet feminum sexum: præter partum. Et hæc de aīalibus in eoꝝ differētiis ad præsens dicta sufficiant.

Explicit prima pars libelli huius de scientia phisionomiæ. Nunc incipit secunda pars. Procemium. Cap. xxii. & xxiii.

REuertentes aūt ad doctrinā phi/sionomiæ in hōib9 & bestiis dici mus ꝙ aīæ sequūtur corpus: & ipsæ animæ secundum seipsas non sunt passibiles a motibus corporis ī qb9 morātur certo spacio uitæ tēporalis. In cuius

ultimo separatur: & corpus manet. Hoc aũt manifestũ est de motibus ualde p ebrietaté uini uel amoris uel tristitiæ laboris & ægritu dinis. Cã é qa corpus & aĩa sunt unius cõpo sitionis: unde agunt & patiuntur. Sciendũ est q inter cætera aĩalia non est turpius aĩal ad uidendũ sine ornatu alterius q̃ homo dũ é nudus: neq; pauperius. Nã bestiæ terræ nutriũt ipm̃ donec uiuit: ut aues cæli &c. Vbi gr̃a sol dat ei lucé: bos ei conterit & colit ter/ rã: & ei oĩa ducit de loco ad locũ: ouis dat ei lanã: & terra linũ: auis dat sibi pennam &c. Sunt enim multa animalia quibus p consue tudiné multi hoĩes & multæ mulieres appro priantur ꝑpter bestiales mores quos habent & trahere uidentur extra usũ humanæ natu/ ræ se applicantes moribus bestiaꝝ. non tam̃ dicimus q ipsi hoĩes sint ipsa aĩalia: Sed ĩ tã/ tũ appellamus eos bestiales inquantũ uidét errare ab usitate humanæ sapientiæ. Et sic sæ pe dicuntur ac ꝑprie appellantur ab his ho/ minibus qui habent odio mores bestiales: ut in hoc exẽplo: Vide hunc leoné: hunc porcũ:

hunc

hunc asinum: hunc canem: hanc uulpē: hūc lupum. hunc imperatorem: hunc abbatem: hunc monacum: hunc sanctum: hunc angelum &c. Item audiatis illū leonem .i. quia rugit ut leo & clamat fortiter sicut leo. & ita de cæteris similitudinibus. Mores. n. hominū non sunt nisi passiones compositi corporis & animæ. Et tales non conueniunt alicui sēper nisi quantum disconueniunt ab usu gentiū in loco regionis cohabitantiū. Sunt aūt multa signa phisionomiæ: quæ penitus sunt cōmunia tam in hominibus q̃ in aliis aīalibus: ut timor: fortitudo: audacia. pauor: gaudiū: tristitia: amor: odium: sanitas & ægritudo. Tamen sciendū est ꝙ phisionomia non ē sic recta in bestiis sicut in hominibus: quorū iudicium est solo uisu sapientis in mēbris pausibilibus: uerū est ꝙ auditu & tactu habetur certa cognitio hominis. Nam uidēdo uirum conuenienter habemus iudiciū de illo: & sic de muliere. Vbi gratia in uiso nasus lōgus & grossus significat præputiū magnū: & econuerso. & super hoc dixit quidam & bene.

Ad formam nasi dignoscitur hasta baiardi. Et ĩ muliere pes ost signũ uuluæ. quia si fue rit ei pes longus & strictus ac macer signifi/ cat uuluam longã strictã ac macrã: & ecõuer so. Item mensura medii pedis nudi est mẽ sura longitudinis uuluæ totius unicuiq;. Vn de dixit quidam. Ad formam pedis tu nosces uas mulieris. Subtilitas pellis in uulua & ĩ uirgine cognoscitur per conditionẽ labiorum oris in unoquoq;: quia grossa labia oris signi ficant pellem grossam: & subtilia subtilem. Nares nasi significant testiculos hoc modo: quia grossæ & latæ significãt grossos & latos testiculos: subtiles uero strictos & paruos in omni: quorum officiũ dixit quidã. Testiculi nudi feriunt ad labia culi: Nec tantũ feriũt possint saciare foramen: Semen conseruant ipsum quoq; spandere curant. Cognoscitur enim omnis iuuenis de uirginitate & corru/ ptione p multa signa: ut uterq; ad pirulã na/ si: qa manẽte uirginitate cartilago pirulæ na si sentitur indiuisibilis: sed si ẽ uiolata sentit' ptibilis. In masculo v'ga erecta discoopitur

& ecõ/

& ecõuerſo. Et in muliere os uuluæ inſinuat
Item dicimus ꝙ ſigna coĩa pro ſcientia non reputantur. ut uiſus oculoꝝ &c. Cauſa ẽ qa oẽs gentes bene ſciunt ꝙ per oculos eſt uiſus & ꝑ aures auditus. Vnde ſiquis diceret talis uidet qa hẽt oculos iam derideretur: & ita de ſene ꝓpter ſigna publica ſenectutis. Aues ad pennã cognoſcũtur & ad ungues: equi ad dẽtes: capræ ad oculos &c. Vnde ſi dicatur leo eſt fortis beſtia: porcus ĩmundus: ſerpẽs audax: gatta timida &c. Prædicta. n. & ſimilia ſi uoce aliqua dicerẽtur ab aliquo ꝓ ſcientia non reputarẽtur: eo ꝙ talia ſigna ſũt coĩa & oĩbus nota. unde in his nemo dubitat: ut uiſu uel cõiter auditu. Itẽ dicimus ꝙ nullus homo uidit unq̃ hominem ueraciter ex toto eſſe ſimilem beſtiæ: licet dicatur de ſimiis: ſed aſſimilatur operatione naturæ in aliqbꝫ: ut in monſtruoſis: in quibus non contradico Immo poſſibile eſt ꝑ artem & per naturam: ut fuit ipocentaurus & minotaurus. Vnde nemo poteſt phiſionomizare per ſigna communia ſiue ſint hõis ſiue beſtiaꝝ: ſed ꝑ ſigna

propria tantũ. quæ licet omnes hoĩes possent habere: tamen non oĩa habent in se. Quis. n. dubitat de signis cõibus ? & ea qs nõ nouit ? & ideo homini sapienti non conuenit ꝙ corã aliquo dicat aliquod signũ de cõibus: ut uidens hoĩem fortem ex expientia dicat ille est fortis ut leo: bene quidẽ scitur ꝙ ille ẽ fortis ut leo &c. Oportet. n. nos determinare sapienter oĩa & singula quæ ꝓprie dant sciẽtiam phisionomizãdi: ut ex hac scientia qsq; eam scientium ut dicemus aperte in sequentibus ualeat inter gentes omnem reuerentiã & honorem famæ cũ proficuo adipisci. Singula enim illoꝝ quæ dant phisionomiã in hõibus sunt ea quæ fiunt in eis ex motibus corporis. s. ex forma uel figura a similitudine cuiuslibet mẽbri: etiam ex colore: in eius leuitate & grauitate incessus: flatu: & uoce &c. Sciendũ est igitur ꝙ mẽbroꝝ corporis hõis ad quæ ꝓprie ptinet scientia phisionomiæ: aliud est simplex: ut lingua: epar & cor. aliud X͞po cõpositũ: ut pes & manus. Quomõ ãt hæc oĩa sint & habeantur in unoquoque hominum

cui tra-

cui tradimus prænoīatā ſciētiā & nō alterius aīalis p ordinē capitulorꝝ ſub ſuis rubricis uelut nobis uidebitur ſicut & qbuſdā aliis uiſū fuerit: ut Hipocrati Galieno & Almāſori: ſufficienter dicemus ſi deus uoluerit. Sed ante q̄ ueniamus ad totā intentionē nr̄i ſermonis ex prærogatiua dicimus ꝙ ualde cauēdū eſt in omni tēpore ab obuiatione & ſocietate hominis infortunati p opus naturæ ſuperioris: ut ab hoīe cui dīminutū ſit aliquod mēbrū: ut oculus manus &c. Cauſa eſt quia quilibet taliū eſt factus infelix: & ex ſua infelicitate obſtat felici. Et huic præſtat in multis nocumentū quod eſt occultū hōi ignaro: cū ipſe non poſſit ppēdere de hoc nisi per uiā huius doctrinæ uel per expientiā ſui mali. Nā oīs hō ſe melius poteſt cuſtodire a ſuo publico inimico iā facta offenſa q̄ ab hoīe infortunato. Cauſa eſt qa nocumentū infortunati eſt occultū: inimici uero publicū. Et eſt ſciēdū ꝙ non eſt creatura tā bonæ cōplexionis quæ ſi mēbro dīminuatur ꝙ nō mutet ſtatū ſuū aut in peius ſolito: uel multo ī melius. quod

Aduerte.

raro contingit si diu uiuit. Vnde dictum est Cauete a signatis. Et alibi in homine signato in aliquo membro non confidas.

¶ Signa complexionis ratione coloris in facie. Cap. xxiiii.

COlor albus in facie uel fuscus itermixtus quasi ex albedine & glaucedine siue color gipseus & plumbeus naturaliter significat frigidã cõplexionẽ. Color rubeus & ruffus in facie cõpositus ex albedine cũ multis lintiginibus significat calidã cõplexionẽ. Color albus ĩ facie cũ subtilitate molis morbidus ac intermixtus rubicũditate significat tẽpatã cõplexionẽ. Color brunus in facie significat bonã cõplexionẽ. Color in pelle liuidus & ẽt in unguibus significat malam & frigidam complexionem.

Complx. frigidam

Calidam

Temperata

bona compl

Malam

¶ Signa complexionis ratione coloris in pelle. Capitulum. xv.

COrpus ĩ pelle albũ & siccũ ĩ carne habẽs aliqd uel multũ rubei coloris ĩ locis cõgruis significat dñium coleræ rubeæ. Corpus ĩ carne crassũ & ĩ pelle albũ & cõuenĩeter

niēter coloratū significat dn̄ium sāguinis.
Corpus ī colore brunū & in carne crassū cum aliquātulo colore rubei significat dn̄ium sāguīs cū melācolia. Corpus gracile siue macilentū significat dn̄ium coleræ rubeæ. Corpus mediocre .s. īter macrū & crassū & inter albū & brunū significat dn̄ium sāguīs cū flegmate & aliquātulo melācoliæ. Corpus qđ tactu sētit' ualde calidū significat cōplexionē calidā. Corpus qđ tactu sētitur frigidū magis q̄ calidū significat cōplōnē frigidā. Corpus qđ tactu sētitur aspū significat siccā cōplexionē. Corpus qđ tactu sentitur molle significat cōplexionē hūidā. Corpus qđ sæpe sudat ex facili significat bonā cōplōnē. Corpus qđ raro sudat significat frigidā cōplōnē
Corpus leue & subtile īcessu significat bonā complexionem. Corpus graue ac pigrū incessu significat malam complexionē.

Signa corporis calidæ cōplexiōis. C. xxvi.

C Orpora naturaliter calida cito crescunt & bene: ut patet ī infātib⁊: ac īpinguātur uel desiccātur: uenæ apparēt sibi p loca: anhelitus ei ē māifestus: uox firma fortis & grossa:

In coitu sũt fortia & eorꝫ appetitiua: bene co medũt & digerũt ac gestant. multis abũdant capillis & pilis ꝑ loca: qui partim sunt grossi & ericii: quod contĩgit a multo calore cordis: ut patet in leone gallo &c.

Signa corporis frigidæ cõplexiõis. Ca. xxvii.

C Orpora naturaliter frigida tarde cre/scũt: parũ ĩpĩguãtur: uenæ apparẽt si/bi manifestæ & magnæ: anhelitus eius puus uel quasi absconditus: uox in auditu subtilis uel acuta: in coitu sũt debilia & raro eorꝫ ap petitiua: parũ comedunt: male digerũt & ge stant: in pelle sunt alba siue rosea colore: Ca pilli eorꝫ sunt extensi & longi siue sint nigri siue albi: & sunt subtiles: facile timent & ex pauescũt: & ad laborandũ sunt debilia.

Signa corpis hũidæ cõplexiõis. Cap. xxviii.

C Orpora naturaliter hũida in carne sũt mollia & leuia. eorꝫ iuncturæ sunt oc/cultæ & paucæ fortitudĩs. unde parũ possũt durare laborẽ: Timida sunt & pauida quasi ex omni: male dormiũt: sæpe mouẽtur ad lu xuriã: Nuda sũt pilis: eius oculi sæpe lachry/mant:

mãt: pili & capilli eorum sunt extẽsi & subtiles & boni ingenii ad addiscendũ.

¶ Signa corporis siccæ cõplexiõis. Cap. xxix

CORpora naturaliter sicca in tactu sentiuntur aspera: in carne sunt macra: in labore fortia & durabilia: libẽter: & cõueniẽter comedũt: iuncturæ mẽbrorum sibi sunt manifestæ: Capilli & pili sibi sũt grossi asperi & crispi.

¶ Signa corporis tẽperati & sani. Cap. xxx.

CORpora tẽpata & sana bene comedunt & bibũt iuxta conuenientiã sui: digerũt & disponũt: res ei sapiũt bonæ: famescũt in horis conueniẽtibus: gaudẽt cũ gaudentibus: bene dormiũt suos somnos: se leuia sentiũt: & uadũt leuiter: Cito sudant: raro uel nunq̃ sternutant: mediocriter impĩguãtur: in facie sunt colorata: in tactu sũt calida: in eis quoq; uigent sensus conueniẽter iuxta conueniẽtiã ætatis corporis & horæ.

Signa corpis distẽpati & male sani. Ca. xxxi.

CORpora distẽpata & male sana in omni sũt dissimilia corporibus tẽpatis & bene

ſanis. Vnde male comedũt: nõ curãt bibere: male digerunt & diſponũt: res eis non bene ſapiũt: in horis conueniẽtibus: non ſe plene tribuũt gaudentibꝫ: ĩmo quaſi triſtificantur: & manent triſtes: male dormiũt ſuos ſõnos: graues ſe ſentiũt: & grauiter uadunt: & raro ſudant uel non ſudãt: oſſitant ſæpe uel ſter/ nutant: brachia extendũt: in facie ſũt pallida uel nimis colorata: qnqꝫ ſenſus male uigent: non poſſunt diu ſufferre laborẽ: cito rerꝫ obli uiſcũtur: multũ ſputãt: in naribꝫ eis abũdãt ſupfluitates: quaſi ad oĩa ſunt pigra: carnes conflant ut naſum: & quandoqꝫ pedes & ma nus: & oculi lachrymant.

Signa complexionis cerebri. Cap. xxxii.

PAruum caput naturaliter hẽt paruum cerebrũ: & multitudo capillorꝫ ẽ maxi ma defenſio capitis. Vnde de cõplexione cere bri ita dicimus: Si cerebrũ fuerit calidæ com plexionis homo ipm̃ habens ĩ tactu ſentitur multũ calidus: capillis multũ abundat: & hi multũ ſunt groſſi: oculi eius longe uident: & uidẽdo diſſernit: puigil ẽ ſẽſu: celer augm̃to:

color

color capillorum diu durat: raro abūdat supflui tatibꝫ in naso: uix ei oculi lachrymāt: & ē hō magnæ uigilatōis: cupidus quasi oīum pulchrorum: & corde tēdit ad nobilia. Si cerebrū fuerit hūidæ cōplexiōis hō ipm̄ habēs ī tactu sentit mollis & lassiuus: capillis abūdat subtilibꝫ: & ei cito in colore trāsmutātur: & ē etiā luxuriosus: sæpe sibi lachrymāt oculi: & forte aliter īfirmatur: ut sāguine &c. uiuit breuiter: ī naso ei abūdat multa supfluitas: uox ei sonat aliquātulū īpedita: caput sæpe dolet: ī psona ē debilis: ex facili est pauidus: teneri ē ingenii: pius & cōdolēs alterius mali: & plus simplex q̄ sapiens: & uani ꝓpositi. Si cerebrū fuerit frigidæ cōplexionis hō ipm̄ habens ē sæpe piger: tardi ītellcūs: duræ capacitatis: grossi īgenii. eius capilli sūt leues & extensi: tarde cres cūt: & ī colorē sūt albi uel q̄si blūdi Eius oculi raro mouētur: & breuiter uident: magnus uigilator de nocte: stabilis ꝓpositi: ī laborerio tenax & largus cū rōne: ī tactu sētit frigidus & mollis: & est subtilis īgenii: & aliquantulum ad addiscendum sagax. Si cerebrū fuerit siccæ complexionis hō ipm̄ habens

capilli eius inter tarde & tempestiue crescũt: unde ĩ longũ non cito crescũt sed breues mo rãtur: & rari sunt ĩ cuti ac grossi in substãtia & plus ericii q̃ extensi: cito in caniciẽ couertũ tur: & de facili cadũt de capite ut frondes de arboribus; oculi longe uidẽt: & hõ est tẽpati incessus & motus: ĩ naso non multũ abũdãt supfluitates nisi sit exigendi causa. Caput sæ pe dolet: homo ẽ duri ingenii uanus & malæ capacitatis. Si cerebrũ fuerit calidæ & siccæ cõplexiõis capilli nascũtur flaui fortes & cur ti uel nigri uel crispi: homo ẽ multũ luxurio/ sus: & ideo cito canescit & caluescit: parum dormit in nocte: & est magni ingenii & repẽ tini ĩtellectus & apprehẽsionis: leuis in eũdo & saliẽdo: uidet ꝓcul: & est uanus ĩ agendis: ac ei est raro supfluitas in naso. Si cerebrũ fuerit frigidæ & humidæ cõplexionis homo libẽter dormit q̃uis male dormiat: hebes est ĩ factis: sæpe aggrauat᷑ passiõibꝫ reumaticis & pricipaliter ĩ capite & ĩ oculis: freq̃nter abũ dat supfluitatibꝫ ĩ naso: paꝝ cõedit & bibit.

Signa cõplexionis cordis. Cap. xxxiii.

Cordis

c Ordis cõplexio si fuerit calida pulsus ẽ uelox: pectus aliquãtulũ est pilosũ ultra ætatem adolescentiæ: in carne est calidus: ẽ boni appetitus: in factis audax: in ꝟbis asper: ĩ dãdo tenax: obstinatus: supbus: iracũdus: luxuriosus. Si cor fuerit frigidæ cõplexionis pulsus est ei tardus: pectus nudũ a pilis: tactus carnis frigidus: duri appetitus: debilis fortitudinis: anhelitus artus: uox subtilis & debilis: quasi piger in factis: in ꝟbis non bene placidus: leuiter pauidus: non bene comedit: & raro bibit: & raro luxuriatur nisi sit p accidẽs

Si cor fuerit hũidæ cõplexionis hõ abũdat capillis multis: qa fiunt longi cito & extensi: in colore albi uel blundi: multis abũdat pilis excepto in pectore: in tactu carnis est mollis: & est in colore alba uel fusca: & aliquantulũ est pinguis: multũ timidus: pauidus: hebes: & debilis in laborãdo. Si cor fuerit siccæ cõplexiõis pulsus ei ẽ durus: corpus totũ ẽ musculosũ: ĩ carne macrũ: uenæ sunt manifestæ pili sũt grossi & curti p loca aliquãtulũ pilis aspa & grossa. Si cor fuerit calidæ & siccæ

cōplexionis pulſus eſt uelox durus & fortis: pectus aliquantulū piloſū pilis tortis: anhelitus magnus: totus ī carne calidus: cito mouetur ad irā: iracūdus manet & obſtīatus. Si cor fuerit frigidæ & humidæ cōplexionis pulſus eſt tardus & debilis: pectus nudū a pilis: anhelitus puus & tardus: tactus ī carne mollis & frigidus: nō facile iraſcitur: & cito iram remittit.

Signa cōplexionis epatis. Cap. xxxiiii.

E Patis cōplexio ſi fuerit calida cognoſcitur ex āplitudine uenaꝶ & ex ſiccitate noxæ. unde hō hoc hēns ē naturaliter fortis: ī facie coloratus: urina eius ē multū tincta & egeſtio: calidi cibi nocēt ei: qa ipm̄ inflāmāt: & ēt abūdat in eo hūor colericus: multitudo piloꝶ ſub hipocundriis. Si epar fuerit frigidæ cōplexionis uenæ apparēt artæ: noxa ſēp erit tenera: & ī multitudie hō ē debilis: multo flegmate abūdat: ut ſputo & mucillagine ī naſo. uria ē alba: uel q̄ſi egeſtio. i. ſæpe abūdat uētoſitate: & multū deficiūt ſibi pili ſub hipocūdriis. Si epar fuerit hūidæ cōplexiōis eius ſāguis ē turbidus: corpus totū ē pingue:

uēter fit facile cōflatus: caro ſētitur mollis: in facie ē pallida. Si epar fuerit ſiccæ cōplexionis pauco abūdat ſāguīe: totū corpus manet macrū: uēter gracilis: ī facie ē paucus color.

Signa cōplexionis pulmonis. Cap. xxxv.

PVlmonis cōplexio ſi fuerit calida uox ē groſſa: anhelitus magnus. pectus āplū & groſſū. Si pulmo fuerit frigidæ cōplōnis uox ē ſubtilis: anhelitus puus: pectus ſtrictū & ſubtile. Si pulmo fuerit ſiccæ complōnis uox ē clara: os ſiccū: & pauca ſaliua. Si pulmo fuerit humidæ cōplexionis uox eſt clara: os plenū ſaliua: & raro bibit.

Signa complexionis ſtomaci. Cap. xxxvi.

STomaci cōplexio ſi fuerit calida digeſtio eſt fortis: appetitus magnus: ſæpe fameſcit: & ſitit frequēter: & ei dolet caput: & oculi patiūť. cito iraſcitur: & cito ab ira reuertitur. Si ſtōacus fuerit fr̄iæ cōplōis digō ē debilis: paruus appetitus: raro famet & ſitit: capite & oculis ſanus ē. Si ſtōacus fuerit humidæ cōplōis raro ſitit: ſputo abūdat: ī naſo multa ſupfluitas: nauſea uōitus & uertigo ſibi euēiūt. Si ſtōacus erit ſiccæ cōplōis ſæpe ſitit

lĩgua aſpa: noxa ſicca cum pruritu uel debili exitu: gula aſpa: & cibi aſpitatẽ ĩgluturãtur.

Signa cõplexionis teſticulorꝫ. Ca. xxxvii.

t Eſticulorꝫ cõplexio ſi fuerit calida ptes ꝓpiquæ ueſtiunt pilis nigris & ericiis: uirga uirtuoſe erigitur: ſpma exit ĩ ſubſtãtia multũ groſſa & uiſcoſa: & cito exit cũ fricati one coitus: ẽt ante cõplemẽtũ ætatis contingit grãde deſideriũ coitus. unde ſup uirga mani feſtæ apparẽt uenæ: nerui eorꝫ ſunt fortes: & pellis groſſa. Si teſticuli fuerĩt frigidæ com plexionis partes uicinæ ſũt multũ nudæ a pi lis: & illi q ibi ſunt extẽſi ſunt: uirga raro eri gitur: & debile ſpma exit liqdũ & tarde: ue/ næ ipõꝝ ſũt occultæ: nerui debiles: pellis ſub tilis & mollis. Si teſticuli fuerĩt humidæ cõ plexionis multo ſpmate abundãt & eiiciunt coitu: tam̃ eſt aqueum & albũ ut lac: & bene utile ad cõcipiẽdũ: tardãt multũ ſem̃ eiicere: pellis eſt multũ nuda a pilis & ſubtilis. Si teſticuli fuerĩt hũidæ cõplexionis ſpma in eis gnr̃ant paucũ: tam̃ illud eſt ſpiſſũ & uiſcoſũ & utile ad cõcipiẽdũ: uirga debile extẽditur:

pili

pili eorꝝ sũt breues & ericii aspi & grossi: pel/
lis uero grossa magis q̃ subtilis. Si testiculi
fuerint calidæ & humidæ cõplexionis uirga
potẽter erigitur: & erecta manet uiriliter: &
ẽt mouetur ad coitũ: & multũ semen emittit
Si testiculi fuerint frigidæ & siccæ cõplexio
nis uirga tarde erigitur: & cito pdit uirtutẽ:
parum seminis emittit: & quandoq; non põt
exire coitu completo.

De notitia partium corporis in omni ani/
mali. Cap. xxxviii.

Cor oib⁹ aliis mẽbris corporis ẽ calidius
naturaliter: & ex calore ipsius totũ cor
pus uiuificatur: & tenet calorẽ ĩ cæteris ptib⁹
sui: & ipm̃ recipit a supiori ĩfluxione: quo sic
corpus manet cõpactũ. unde a calore cordis
cæteræ partes corpis calefiũt. & sic possumus
dicere ꝙ cor ẽ fons ĩnati caloris & origo: po/
stea epar: & post illud sunt cæteræ partes car
nis & pulpæ. Cerebrũ ẽ oib⁹ ptib⁹ corpis frigi
dius & hũidius ad cõtrariũ caloris cordis. un
de unũ contẽpat aliud. Adeps naturaliter ẽ
frigidior & siccior q̃dã hũiditate coagulata.
Os naturalr̃ ẽ calidũ & siccum. Medulla ẽ

naturaliter calida & hũida. oĩs cartilago uena neruus pãniculus uẽtrinus ẽ frigidæ & siccæ naturæ: tam̃ ẽ minus q̃ os. Cutis ẽ tẽpata & ꝓprie est illa q̃ est i uolis manuũ. Neruoꝝ quoq; cõplexio multũ diuersificatur: qm̃ q a cerebro ꝓgrediũtur humidiores sũt q̃ illi q a nuca nascũtur: cũ i sua cõplexione uicinẽtur cõplexioni cutis q̃ dr̃ tẽpata. Glãdulæ sunt frigidæ & humidæ & oĩa mẽbra quæ gnr̃ant lac: ut mãmæ spma testiculi saliua pulmo. Caro multũ diuersificatur eo ꝙ scd̃m cõplexioné m̃bri est calidior & minus calida: tam̃ oẽs carnes recẽtes absq; sale sũt calidæ & humidæ. salitæ xͦo calidæ & siccæ: diuersificanť tam̃ scd̃m locũ ptis aĩalis & q̃titaté salis. Caro mediocris. i. macra & crassa ẽ tẽpata i om̄i q̃litate. unde scd̃m xitatem caro bene macra ĩpiguat: & crassa macrat. Caro porci castrati hædi agni uituli gallinæ pulloꝝ caponis &c. bona est & laudabilis eo ꝙ facile digeritur: & bonũ gnr̃at sãguiné. caro uolatiliũ facilior ẽ ad digerendũ q̃ gradientium: & qcqd est ex eis melius sunt lacerti lingua pes os & epar.

Om̃e frixum & assatũ calidum est & siccũ:

unde durũ est ad digerendũ: & psonã reddit macrã: oleũ est humidũ & calidũ. Oua sorbilia sunt bona & sana: & ex eis melior est uitellus albumie. Caseus malus est ĩ cibo tam dulcis q̃ salitus: tam̃ utilis est dulcis post reliquos cibos: qa tunc assũptus facit digerere.

Butirũ bonũ est & sanũ. Lac plus malũ ẽ q̃ bonũ: & in æstate melius. Oĩe membrum aĩalis quãto plus est neruosum tãto frigidioris est naturæ: ut pes.

Signa repletionis maloꝝ hũoꝝ. Cap. ixl.

r Epletio maloꝝ hũoꝝ q̃ solet ĩfirmitas gnrari ostẽdĩ p hæc signa: nimia rubedo ĩ facie: palliditas ĩ pelle & unguibꝫ: freq̃ns extẽsio brachioꝝ: pluria ossitatio: spissa ster nutatio: grauis dormitio: plenitudo uenaꝝ: exitus sãguis de naso ex facili: sæpe grauitas capitis: ut dolor frõtis: tĩnitus auriũ: lachrymatio oculoꝝ: & pruritus ĩ eis: timor de plano: ĩertia corpis ad eũdũ & laborãdũ: magnitudo pulsus: dissolutio uẽtris: uria turbida: nõ uolũtarius appetitus cõedẽdi: & debilitas ĩ tota psona.

Signa nimii sãguis. C. xl.

c Vm sãguis nimis abũdat accidit pru-

titus quasi ubique carnis: & principaliter in brachiis: ĩ facie abundat rubedo: cõtinue oris dulcedo sẽtitur ad saporẽ præter solitũ: fiunt uesiculæ ĩ ore & ĩ labiis: qdã ardores sẽtiũtur ĩ pectore: quos carbũculas appellãus: qbꝫ p/sona pdit comedere & suos sõnos: uriã rubea & aliquãtulũ spissa: corpus pĩguescit: res sa/piũt bonæ ĩ esu: ũde bene appetit digerit &/deponit.

Signa nimiæ coleræ. Ca. xli.

CVm colera nimis abũdat accidit ĩ facie color citrinus: amaritudo ĩ ore: aspitas ĩ gula: sitis multa: pauca saliua: lĩgua sicca & aspa: caput sæpe dolet: os siccũ: debilis appetitus: tardus: uomitus citrinus uel uiridis cũ multa amaritudine. egestio erit sicca dura & pauca quasi adusta & feculẽta cũ multo premitu & labore: urina tenuis citrina ignea & clara: uigilatio multa: dormitio pauca: caro macra: & cor ĩstabile de unoquoqꝫ.

Signa nimii flegmatis. Cap. xlii.

CVm flegma nimis abũdat ĩ ore accidit multitudo saliuæ. i. sputus multus: q si fuerit albus & fluidus ẽ bonus: si uiscosus malus: paucitas sitis: os madidũ: gula mollis

& lingua: raro bibit uel nunq̃ nisi in prandio uel cœna: urina exit alba: in eũdo piger: & in laborãdo debilis: ſupfluitas abũdat in naſo: oculi fiũt graues & ſõnolẽti: ſõnus fit lõgus: caro undiq; ſentitur mollis & laſſiua: appeti tus debilis paucus acerbus: digeſtio tarda: in facie color albus ſine rubeo colore: egeſtio mollis & paucæ fœditatis: in addiſcendo eſt groſſæ capacitatis: oculi ſæpe lachrymant & ꝓprie om̃i mane: pili cito creſcũt & ungues.

Signa nimiæ melancoliæ. Cap. xliii.

CVm melãcolia nimis regnat accidit ar/dor ſtomaci: multitudo appetitus cani ni: color fuſcus ĩ facie: ſãguis ẽ niger & ſpiſ/ſus: urina nigra uel aliquantulũ ruffa cedẽs aliquãtulũ ad uiriditatẽ uel palliditatẽ: Cor/pus ĩ tactu ſentitur frigidũ: hebes ẽ in labore rio: pedes frigidi ſunt multũ: cor ſuſpicioſũ: pſona ex cogitatu triſtis: facile iroſa: Tenax: amãs ſtare ĩ ſolitudĩe: pauci ẽ cibi & potus.

Notula doctrinalis. Cap. xliiii.

NAtura nihil facit fruſtra: & ĩ unoquoq; ſẽper facit qđ melius eſt: & ideo nulla

qualitas est ociosa ĩ corpore. Sciendũ q̄ hõ a natiuitate sua usq; ad seniũ desiccari nõ cessat: nascens ut moriatur. In calida regione sunt gentes natiue brunæ ĩ pelle: ut patet de æthyopib9: uel rubeæ albedine ĩtermixta aliquantulũ. Et in cane sunt siccæ: crispæ: capillos hñt & grossos & aspos. Et in frigida regione nascuntur gentes longæ: in pelle multũ albæ aut blundæ: nudæ a pilis uel quasi q in suo esse sunt extensi albi uel blundi. Nota q̄ regio est multiplex in ꝓuĩcia & matrice mulieris: quæ si utraq; fuerit calida creatura generatur: & gnr̃ata manet nigra uel bruna &c. Et si fuerit frigida efficitur alba plus & minus secundũ regionis complexioné.

De notitia nimiæ abundantiæ humorum per somnia. Cap. xlv.

DE iudicio cognitõis sõnioꝝ ita dicimus q̄ eoꝝ aliud est uerũ: aliud falsũ. Ité sõnioꝝ aliud significat de præteritis: aliud de præsentib9: & aliud de futuris: & aliud significat nisi fantasiã. & oĩa ista attendentur esse a qbusdã ꝓpter ætaté: ꝓpter cibũ: & ꝓpter

tempus

tēpus lunatōis. qa aliter uidet ī insōniis puer & aliter iuuenis: aliter & aliud senex: & aliter & aliud mulier in quolibet sui status. Item sōniū ante digestionē cibi sūpti uel nihil significat: aut de præteritis siue sui siue alterius quocunq; mō: ut uisu &c. Somniū īdigestione facta sed nondū pfecta significat de præsentib; factis licet fiāt cū interuallis. Sōnium post cōpletā digestionē cibi assumpti significat de futuris oīo. unde cum qs dormiendo se sōniauerit aliqd: & ī excitatōe sōnii sibi uidebitur extraneum & magnæ significationis: & uellet scire qd significat: confestī surgat: & illud notet: aut non dormiat plus super latus super qđ se somniauit. & tunc recordabitur in die: nisi multa sōnia uiderit lōgo dormitu. In die āt si aliqd illius somnii oblitus sit cratet sibi caput retrorsū ubi ē uirtus mēoriæ: & tūc cū præiudicatōis auxilio facile erit mēor si deus uoluerit. Itē somniorꝝ quædā significāt lucrū: quædā dānū: quædā gaudiū: quædā tristitiā: q̄dā ægritudinē: q̄dā saītatē: quædā guerrā: quædā laborē. quædā r̄qē: q̄dā solūmō explanatōem sōnii. Vbi grā

cũ homo sõniat ĩ hora debita sui status auẽ capere lucrũ significat: auẽ pdere dãnũ significat: plorare gaudiũ significat: ridere tristitiam significat: uelle currere & non posse ĩpedimentũ significat: & ita de cæteris. Sed qa sõnia sunt satis exposita ĩ libro sõniorum per ordinẽ alphabeti: quẽ ponemus in hoc uolumine libri: idcirco hæc dicta sufficiant.

Sõnia significãtia dnĩum sãguĩs. Cap. xlvi.

c Vm sanguis regnat homo somniat se uidere rubeũ colorẽ: ut miniũ: cinabrium: tinctã scarlatã: sindonẽ rubeã uel uiolateã: morellũ: rosã ingranatã: sanguinẽ fusũ: facere nuptias uel sponsalitia uel esse ĩ talibus Comedere cibũ dulcẽ & rem sapidã: sentire uentũ: ponere uẽtosam: incarnare aliquem: uidere carnem sanguinolentam: & huiusmodi res rubeas aut rubicũdo colore.

Sõnia significãtia. d. coleræ rubeæ. Ca. xlvii.

c Vm colera rubea regnat hõ sõniat se uidere ignẽ ardẽtem: carbones uiuos: prunas accensas: scintillas: olibanũ: fornacẽ: cereũ: fulgur: audire tonitrua: cælũ rubeum: ignem:

ignem: inflāmatum lapidē: litem ꝟboꝝ inter aliquos: pugnā: pcussionē: rumorē: colorem zallū: lothonem: auricalcū: aurū: ramū: auri pigm̄tū: capillos blundos: amara comedere.

¶ Sōnia significātia. d. flegmatis. Cap. xlviii.

C Vm flegma regnat hō sōniat se uidere pluuiā: mare: flumen: fontē: aquā: canale: puteū: lacū: nauem euntē: piscē: rhete: linū: abluere aliqd: ut manus pannū: uidere colorem albū: cerusā: calcē: caseū: bōbicem: cadeꝛ in aquā: fugulos: lachrymas: sputum: urinā: sirupū: aquā haurire: lixiuiū: natare: capillos: tegulas stillaꝛ: & huiusmōī similia.

Sōnia significātia. d. melācoliæ. Ca. xlviiii.

C Vm melancolia regnat hō somniat se uidere colorē nigrū & fuscū: ut fumū: tenebrā: sepulturā: īfirmū: hospitale: mortuoꝝ cadauer: timorē: tristitiā: īpotentiā: esse ī carcere ligatū: necatum diabolo: uestem esse stercoratam: & similia.

¶ Sōnia significantia caliditatem. Cap. L.

C Onstat quando calida cōplexio: hō se uidet in somniis stuffare: balneare: ad

ſolem ſtare: ĩcedere p ignem: ſe igne offendi uel ferro uel aqua calida & ſimilibus.

Sõnia ſignificãtia frigiditatem. Cap. li.

c Onſtat quãdo frigida cõplexio: hõ in ſõniis uidet ſe eſſe ĩ loco frigido: glaciẽ uidere: tãgere niuẽ: ferrũ: brumã: plũbũ: lapidem: ex frigor̃ tremere: criſtallũ: albumen oui: lac coagulatum: & ſimilia.

Sõnia ſignificantia humiditatẽ. Cap. lii.

c Onſtat quãdo humida complexio: hõ uidet in ſõniis ſe tãgere rẽ mollem & leuẽ ſiue tenerã: comedere panẽ recẽtẽ: bibere brodium: mingere: aquã palpare.

Somnia ſignificãtia ſiccitatem. Cap. liii.

c Onſtat quãdo ſicca cõplexio: hõ ſõniat ſe uolare: ĩ ſe fieri inſultus: aliqd leuitatis cape: & auẽ uolare: pennã: foliũ arboris uibrare: ſchalas: mõtẽ: turrim: exprimere aliqd uel diſtillare: & huiuſmodi ſimilia.

Sõnia ſignificãtia replẽtionẽ hũorꝝ. C. liiii.

q Vãdo repletio humorꝝ ẽ in corpore hõ ſõniat ſe grauari ab aliquo uel onerari per uoluntatẽ aut uiolentiã: uelle ire & non

posse:

posse: aut se leuare: nec ex debilitate ualere

¶ Sõnia significãtia malos humores. Ca. lv.

q Quando in corpore sunt mali hũores & nimis regnãt hõ uidet in somniis se ire per loca cœnosa: fetida: putrida: tãgere limũ stercus siccum: menstruum: rem turbulentã & similia his.

¶ De notitia auguriorum. Cap. lvi.

a Auguria sunt ĩ canonib; ecclesiæ uẽta: tam̃ dicimus q̃ quædã accipiũtur per obuiationé hõis uel alterius aĩalis uel p auditũ uocis. & hic & hæc augur auguris idẽ ẽ q̃ qui & quæ per talẽ scientiã indicat res futuras: & sic p signa huius sciẽtiæ singula ĩ gnr̃e iudicare scit & nouit. Vnde sciẽdum est q̃ auguriorũ quædam significãt bonũ euẽtum: ut Confert & emponenth: quædam malum euentum: ut uiaran & harenan: & quædam medium inter utrunque: ut fert & confert. Sũt. n. quædã notabilia: qbus ꝓprie auguria cõsiderãtur: ut sternutatio oscitãtis: obuiatio uolatus auiũ: cãtus auiũ: uox audita locutionis circa ꝓpositũ negocii: ut sõniũ ãtecedẽs.

unde hõ facit auguriũ hõi ſicut cætera aĩalia faciũt: ut aqla: cornicula: nocticorax: coruus bubo: picus: gatta: canis: porcus: equus &c. ut hẽtur ĩ libro augurioꝝ. Itẽ augurioꝝ quædã fiunt ante: quædã poſt: quædam dextre: quædã ſiniſtre. & cũ diuerſa ſint ĩ ſua diſpoſitione quodlibet illoꝝ ꝓprie noĩatur: & ex ꝓprio noĩe cognoſcitur interpretandũ. Vnde dicimus ꝙ auguria ſunt numero. xii. ad iſtar. xii. ſignoꝝ cæli: & ſunt hæc: Fernoua: feruetus: cõfert: emponẽth: ſcimaſarnoua: ſcimaſaruetus: & hæc fiunt in dextro latere. In ſiniſtro ꝟo latere ſunt Confernoua: conferuetus uiaran: harienan: ſcaſſarnoua: ſcaſſaruetus. Cũ aũt iſta noĩa ſint grauia & multæ ſignificationis: ideo placet nobis ea exponere ſufficienter. Fernoua eſt auguriũ quando tu exiueris domũ tuã cauſa faciẽdi aliqd: & eũdo uides hoĩem uel auẽ eundo uel uolando: ita ꝙ ſe ponat ante te ĩ ſiniſtra parte tui: & iſtud eſt tibi ſignũ bonæ ſignificationis ſup negocium. Feruetus ẽ auguriũ quando tu exiueris domũ tuã cauſa faciẽdi aliqd: & eũdo prius

inuenis

uel uides auē uel hoīem pausantē ante te in sinistra parte tui: & istud est tibi malū signū sup negocio. ¶Viaran est auguriū quādo hō uel auis suo itinere uel uolatu ante te transit ueniens a dextera parte tui: & tēdens in sini/strā euanescit: istud ē tibi bonū signū super negocio. Confernoua est augurium quādo prius inuenies hoīem uel auē eūtem uel uo/lantē: & se repauset ante te in dextera pte tui uidente te: & istud est tibi bonū signū super negocio. Conferuetus est augurium quādo prius inuenis uel uides hoīem uel auē se re/pausantem in dextera parte tui te uidente: & istud est tibi malum signum super negocio.

